Zerola *in praxi Episc.p.2.verb.Doctor*, §.1. resolvunt Lambertin. *de jurepatronatu*, *p.1. lib.2. q.11. art.3. num.5.* Rebuff. *de privileg. scholarium, privil.86. n.4.* Flamin. *de resignat. lib.8. q.9.n.83. cum seqq.* Ugol. *d. cap.50.§.6.n.6.& §.10.n.6.* Lell. *de Just.lib.2.cap.34. num* 82. Aloys.Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.139.p.1.* Cened. *ad Decretum, collect.15.num.5.* etiamsi esset famosissimus Doctor, qui cum maximo applausu per plures annos legerit, juxta tradita per Fusch. *de visit. lib.2. cap.5.n.10.* & etiamsi esset Vicarius ipsius Episcopi, Flamin. *d. q.9. num.* 87.

87 Cavebis igitur à Garc. *part.9. cap.3. num.5. &* 14. dum scribit hanc resolutionem procedere in quocunque Beneficio Ecclesiastico; nam quamvis ex Concil. Trid. *d. cap.* 13. examen necessarium esse in omnibus Beneficiis agnoscamus, pro forma tamen in solis Parochialibus requiri, receptissima est scribentium resolutio; in aliis verò simplicibus cum residentia, vel sine illa,non requiritur de necessitate,nec fit, si provisus est persona insignis,& notoriè idonea, & ita vidi servari in hac Curia: namque cum anno transacto, videlicet 1621. provisus fuissem de dignitate Thesaurariæ Majoris insignis Ecclesiæ Vimaranensis, Illustrissimus
88 Dominus † Marcus Aurelius Meraldus, integerrimus Sanctissimi Domini Pauli V.felicis recordat. Datarius, & meritissimus utriusque Signaturæ Referendarius, Bullas Apostol. de hac Dignitate mihi expediri absque examine jussit, qui singulari eruditione, & acerrimo judicio ornatissimus, litterarum, ac rerum gerendarum notitiâ illustris,& utriusque juris peritissimus,adeò incorruptè atque integrè Datarij officio functus fuit, ut ab eo nihil injustum, indecorum, indebitum, juri, ac bonis moribus repugnans unquam factum fuisse verè credendum sit, propter maximam illius in distribuendis gratiis, & beneficiis erga litteratas,benemeritas, ac pauperes personas rectitudinem, curam, justitiam, & providentiam. Verè quidem Vir iste doctissimus nostras semper adamavit lucubrationes, nostrisque laboribus plurimum detulit, & cum D.Ambrosio *lib.1. de Cain & Abel,c.4.* dicere solebat, *nulla sine labore virtus,quia labor processus virtutis est.* Ob idque præmia sic laborantibus concedenda affirmabat cum eodem Ambr. *d.lib.1.cap.4. Non dormientibus, neque otiantibus, sed vigilantibus, & laborantibus pollicentur præmia, & labori merces parata est*; cujus auctoritates novissimè refert Dominus Don Ferdinandus Pizarro y Orellana Supremi Castellæ Consilij meritissimus Auditor *in historia virorum illustrium novi Orbis,in vita Ferdinandi Pizarri, c.ult.observ.unica in fine, pag.* 343. aliqua ad rem tradidit Emman. de Faria *in comment. ad Ludovicum de Camoens cent.*10. *&* 45.

89 Semel examinatus, & approbatus ad unum beneficium simplex, non amplius examinatur ad aliud simile; idem est si semel sit approbatus ad Canonicatum, vel dignitatem in Collegiata, non amplius examinatur ad similem Canonicatum, vel Dignitatem in alia Collegiata; semel approbatus ad Curatum, vel Canonicatum, seu Dignitatem in Cathedrali,non ultra examinatur ad simile, vel similem. Ita servari in Curia referunt Gonzal. *ad regul.8.Cancell. gloss.4.num.*84. & Aloys.Ricc. *in d.praxi fori Ecclesiast. decis.*410. *in* 1. *edit.& resolut.*356. *in* 3. *edit.* Joan.Anton.Massobr. *in sua praxi habendi concursum, prælud.3. dub.3. n.*30. Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico, tract.2. cap.3. quæs.*31. *in fine.* Sed Campan. *in diverf. Juris Canon. rub.5. cap.3. num.* 8. *propè fin.* concludendum asserit, quod licèt attento Jure communi non sit iterum examinandus, per text. *in cap.accepimus,de ætate, & qualit. ac decis. Paleot.* 83. & Caputaq. *decis.*367. *lib.2.* inspecta tamen Concilij sanctione examini semper esse subjiciendum, edocet Seraphin. Rotæ *decis.* 1323. ubi propterea conclusit Rota, quod cum in ascensione ad alterum quæratur novus titulus, juxta *consil.*18.*Oldradi*, ideò sit etiam tunc examinandus,refert etiam declarationem *Illustrissimorum DD. Cardinalium*, quod cœptus beneficiari in quolibet assensu, denuò examinetur, atque ita præterea resolutum fuisse memorat *in una Cæsaraugustana* coram *Card. Pamphilio, sen. de anno* 1587. Ego tamen scio de stylo Curiæ primum verum, secundum verò Campan. & Seraphini assumptum in partibus sibi locum habere dicendum est, vel ubi per concursum examen fit: refert Massobr. *d.dub.3.num.*32. Hinc provisum à Papa Romæ in forma gratiosa de simplici beneficio sacrum Ordinum annexum habente, non debele rursus ab Episcopo examinari, si adjunctum Ordinem suscipere intendat, tradunt Campan. *d. cap.5. n.*26. Homobon. de Bonis *d. tract.2. q.35. in fine.* Et Episcopum non posse denuò subjicere examini pro simplici beneficio illum, quem jam examinaverat pro Ordinis Sacri promotione,resolvunt Garc. *d. p.9. cap.3. n.* 15. Joan. Anton. Massobr. *in d. sua praxi habendi concursum, requis.*10. *dub.*10. *num.* 1. *&* 2. Homobon. de Bonis *tract.* 2. *q.* 35. *in fine.*

Si verò ad beneficium superius sit promovendus, 90
examinari ejus scientia nihilominùs denuò debet, quoniam litteratura pro Dignitatis majoris, vel minoris conditione major minórve requiritur. Item si ad simile beneficium promoveatur, in Ecclesia tamen vel loco ampliori, majoríve, aut nobiliori, vel celebratiori, est etiam examinandus, & dicit servari stylo Curiæ Romanæ Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. cap.6.q.9.* ubi etiam advertit † examinari debere promotum etiam 91
ad simile, & æquale beneficium similis loci, & Ecclesiæ, si in priori examine minus idoneè, & aptè respondit; aut si creditur eum post examen se negligenter in studio litterarum gessisse, & oblitum esse ejus, quod ante didicerat, aut si alij sint candidati, qui unà cum eo beneficium petunt.

In provisionibus de Parochialibus per Sedem Apo- 92
stolicam faciendis inseri solet clausula illa (*si per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus*) quam illa conditionem importat, & operatur, quod examen cum Synodalibus examinatoribus requiratur pro fama, itaut illud prætermitti nequeat, quantumcunque impetrans sit reverà idoneus, ex latè deductis per Nicol. Garciam *de benef.p.6.cap.2.n.*253. *cum multis sequentibus*,& præsertim *n.*266. ubi refert decisionem *in Calaguritana beneficij de Ornillas*, 12.*Octobris* 1587. coram *Cardin. Pamphilio sen.* in qua dictum fuit id procedere etiamsi fuisset examinatus, & approbatus etiam ad Parochiales. Attamen visa post primam hujus tractatus impressionem Sac.Rot.*decisio in una Pistorien. Parochialis*, 6.*Febr.*1623. coram *D.Merlino*,mihi videtur conditionem, ac formam hujusmodi satis supérque adimpletam ex eo quod quis jam ante fuerat coram eodem Ordinario, Synodalibus examinatoribus adhibitis examinatus, & idoneus repertus, & approbatus ad eandemmet Parochialem.N m prædicta clausula debet intelligi de examine facto,vel faciendo,quatenus illud jam ante factum non fuisset,quia sive conditio prædicta dicatur casualis, ex quo etiam idoneus casu,utputa memoriâ labente,vel Præsulis,& examinatorum aspectu perterritus deficere potest in examine, sive mixta,tanquam dependens etiam ab arbitrio,& judicio Ordinarij,vel examinatorum,non est necessariò adimplenda post rescripti præsentationem, sed sufficit quod fuerit antea in rei veritate modo prædicto adimpleta, quoties tempore rescripti Princeps ignorabat adimplementum, ad *l.hæc conditio, §. fin.* Bart. & Socin. *ff. de cond.& demonstr. l.si ita scriptum, §.fin. ff. de leg.2.* Ruin. *cons.*89. *n.2.lib.*4. Pulchrè Surd. *cons.*69.*num* 19. *&* 20. Præsumitur enim quod si Papa tale adimplementum scivisset, non quidem in forma dignum, sed

in

in forma gratiosa, & absque tali conditione probavisset, in similibus terminis considerant Socin. *in d. l. hæc conditio, n.4. in fine*, Ruin. *d. cons.89. n.2.* quos sequitur Surd. *cons. 69. num.* 10.

Cum quo etiam consonat stylus Cancellariæ Apostolicæ, secundum quem exhibita approbatione ad eandem Parochialem, passim mutari consuevit supplicatio ex forma Dignum in formam gratiosam, ex quo apparet formam hujusmodi per clausulam prædictam importatam non esse mentalem, & consequenter illius omissionem processum non vitiare, ut tradit Butr. *in cap. super litteris, n.16. de rescript.* & Brun. *in tract. de forma, tit. de potestate, & effectu formæ, vers. tertiò prædicta conclusio, fol. mihi* 56.

Ex quibus patet responsio ad ea quæ tradunt Nicol. Garc. *de benef. d. part.6. cap.2.n.255.cum seqq.*& Gonzal. *ad reg.8. Canc. gloss.4. n.89.& 96. cum seqq.* procedunt enim, ut ipsi loquuntur; quando non præcessit examen cum tribus Examinatoribus synodalibus juxta formam præscriptam, vel quando fuit factum ab alio Ordinario, & approbatio fuit tantummodò generalis ad Parochiales, in quibus terminis versabatur casus *in d. Calaguritana de Onrillos*, coram *Card.Pamphilio sen.* ut ibi deprehenditur; non autem quando præcessit specialis approbatio ad talem Parochialem prævio examine: & evidens est ratio differentiæ inter utrumque casum, quia per examen generaliter factum ad Parochiales non est plenè consultum disciplinæ Christianæ, & curæ animarum alicujus certæ Parochialis: fieri non potest, quod talis Parochialis exigit in suo Rectore præcipuas qualitates, quæ ab extraneo Ordinario examinante pro alia Parochiali non potuerint excogitari, quod secus est ubi ad eandem Parochialem, & ab eodem Ordinario qui prius fuerit examinatus, & approbatus. Colliguntur hæc omnia ex *dicta Pistor. Parochialis*, coram *D. Merlino.*

Utrùm autem semel reprobatus, & rejectus possit iterum admitti? Respondeo quod sic; novum enim examen est optimus modus probandi scientiam examinati, aliàs rejecti, & gravamen ab examinatoribus illatum, Rota *in decis.8.de probat. in nov.& decis.18. n.14. de concess.prabenda, etiam in nov.* Greg.*dec.527. n.1.& decis.558.n.2.& in Calaguritana de Monilla, 15. Junij* 1612. coram *Reverendissimo D. meo Coccino Decano.*

Nec subsistit objectum quod hujusmodi rejectus post reprobationem potuerit doctus evadere, ita ut habilitas præsumatur acquisita medio tempore, quo casu rejectus non solet admitti ad novum examen, ut *in decis. 505. n.4. p.2. recent. & in Calaguritana beneficij de Cervera, 8. Febr.*1591. coram *Peña, & in Paduana Coadjutoria, 6. Novembris* 1623. coram *Merlino*; quia respondetur allegatam præsumptionem excludi ex brevitate temporis quatuor mensium, vel circa, Greg. *decis.517. n.3. & decis.538. n.4.* ex quibus decisionibus Rota censuit tempus quindecim mensium esse breve ad effectum, ut reprobatus in uno examine possit medio tempore ita eruditus fieri, ut postea in alio examine approbationem meruerit; ita resolutum fuit deductis omnibus supradictis, *in Nepesina Canonicatus, 25. Febr.*1625. coram *D.Merlino.*

92 Peracto examine occurrentium ad concursum, Examinatores debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos idoneos repererint, refert decisum Nicol.Garc. *part.9.cap.2.num.*104. vel data causa eos remittere ad Ordinarium, quia cumulativè, & non privativè illis est tributa jurisdictio, ut censuit Rot.*decis.*647.*n.*1.apud Farin.*in novis.*aliàs *p.4.divers.* Et in dubio spectat ad examinatores renuntiare quis sit magis idoneus, Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. Parochia,*§.2.*in princ.*† Et examinatores ab Episcopo,
93 vel Vicario, quibus Beneficia provideri incumbit, accersitos teneri significare, & subscribere, quis sit dignus, & quis dignior, sub peccato mortali, asserunt Fr.Ludov. *in instr. conscient.tom.1. cap.*127. Petr. de Ledesma *in sum. part.2.tract.7.cap.1.concl.7. diffic.13.* Rota Roman.apud Farin. *decis.*672. † Nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio etiam ad 94
Sedem Apostol. sive ejus Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita impedit, ut habetur in Concil. *d. cap.* 18. *propè fin.* Azeved. *l.1. n.4. tit.16. lib.3. novæ recop.* Gonzal. *gloss. 9. §.1. in annot. contra nullit. n.*186. *&* 209. *& glos.6. à n.*163. Cevall. *tom.4. q.897. n.833. cum seqq.* Rot. *in Pampilon. Abbatiæ de Aresso, 22. Aprilis* 1622. coram *Reverendissimo D. meo Navarro.*

Examinatores tenentur examen facere de ætate, 95
moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ut habetur in Concil.Trident. *d.cap.*18. *vers.peracto*, Gonzal. *d. gloss.4. num.* 110. ita ut non sufficiat si relationem fecerint solùm de litteratura, examen verò circa mores, ætatem, & reliqua Episcopo relinquatur; ita decisum refert Nicol.Garc.*de benef.part.5.cap.7.n.11. vers. ad tertium, & part. 9. cap.2. n.*238. Massobr. *d. praxi, requis.4. dub.* 1. quia approbantes examinatum quoad scientiam tantum, non etiam quoad vitam & mores, non satisfaciunt decreto Concilij expressè jubentis, quod *peracto examine renuncientur quotquot ab eisdem examinatoribus idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia*, &c. referunt decisum Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Examinatores* 2. Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Eccles. resol.*631. *in 2. edit.* & censuit Rota *in Barcinon. Parochialis,* 29. *Novembris* 1613. *&* 26.*Januar.* 1615. coram Buratto, cujus meminit Lotter. *d. lib.1. q.31. n.97.* ubi *num.* 98. cum ead. Rota id intelligit, dummodo per eosdem examinatores expressè non renuncietur quis magis, vel minus idoneus sit, sed simpliciter qui sint idonei; majoris enim vel minoris idoneitatis æstimatio ad Episcopum pertinet, & *n.99.&* 100. subdit se credere non inde vitiari examen, si fiat de uno tanquam magis idoneo, ex quo Episcopus non propterea arctatur in hoc sequi eorum judicium.

Magis expedit, ut Examinatores inter se sua vota 96
palam conferant, deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat Titium approbatum idoneum, Seium verò reprobatum: ita referunt decisum Nicol. Garcia *d. cap.2. num.*107. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.2. cap.3. num.* 25. Et debere examinatores dare vota dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut etiam Episcopum, ut detur locus accessui, debere accedere examinatoribus simul congregatis, resolvunt Nicol.Garc.*d.cap.2. num.*58. Massobr. *in d. praxi, requis.4. dub.2.* Appellationem à reprobatione examinatorum dari tantùm devolutivam, non suspensivam, resolvit Massobr. *in praxi, requis.5. dub.4.* ubi *dub.6.* cum Nicol. Garcia *d. cap. 2. num.* 245. tenet dari appellationem à relatione examinatorum in Parochialibus patronatis laicorum, quando unus tantùm est præsentatus, & *dub. 7. cum eod.* Garc. *d. cap. 2. num.75.* tradit appellationem à reprobatione examinatorum dari in provisis in forma Dignum, Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neap. decis.*19.*num.*1.*p.*4. Et ad novum examen quando sit deveniendum stante appellatione à relatione examinatorum, ostendit Aloys. Ricc. *ubi proximè, decis.* 382. *eadem part.* 4.

Non spectat ad examinatores, sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum, ut pariter referunt decisum Franc. Leo *d. cap.3.n.*34. Nicol.Garc. *dict. cap.* 2. *num.* 108. *&* 109. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Episcopis,*

*scopis,n.*58.Massobr. *d.requis.*4.*dub.*4.ubi quod Episcopus debet expectare ut examinatores renuntient, sed non tenetur elicere ex collatione votorum habita collatorum, & *dubio* 5. asserit decisum Episcopum non habere votum decisivum in concursu, sed tantùm accedere ubi vota sunt paria,vel singula, & *dubio* 6. ostendit, quando dicantur vota paria, quando singularia? Et Episcopum posse eligere extra locum examinis, & etiam absentibus examinatoribus, cum Nicol.Garcia *d.cap.*2.*nu.*59. resolvit Massobr.*in dict. praxi,requis.*5.*dub.*20. ubi *dub.* 21. cum eodem Garcia *dict.cap.*2.*n.*109.ait quod Episcopus potest eligere illum,qui tantum dimidiam votorum tulerit,relictis iis, qui omnia vota reportarunt, & *dubio* 22. an & quando electus in concursu jus acquirat considerabile,& *requis.*6 *dub.*1. tradit electionem factam de magis idoneo,significandam esse intra quatuor menses,& si fuerit transmissa,nec pervenerit ad manus collatoris intra dictum tempus provisionem devolvi. Episcopus in omni eventu tenetur eum eligere, quem cæteris magis idoneum judicaverit, ut habetur in Concil. Trident. *dict.cap.*18. *versic. peracto*, cùm certum sit peccare mortaliter minus dignos servitio Dei applicando, *c. licet*, *versic. qui præstantior* 8.*q.*1.*cap. Metropolitano, dist.*63. & in foro conscientiæ obligatur quis simpliciter eligere meliores, vel in comparatione ad bonum commune,licèt si dignum tantùm nominaverit,prætermisso digniore in foro exteriori,minimè invalidetur actus Ita D.Thom.2.2. *quæst.*63.*art.*2. & ibi Cajetan. *in fine glos.verb.qui præstantior, in dicto cap.licet ergo*,ubi Archid. *num.*3. Bellarmer. *num.*5. Cardinal.de Turrecr.*num.*1.*cum sequent.*& Alexand. de Nævo *notab.*4.*sub.n.*13.*& sub n.*20. *&* 21.*in cap. constitutus, il secundo,de appellat.* ubi Ioan.Andr.*glos.* 3.*n.*21. Zabarel.*glos.*3.*sub num.*2.Butr. *num.*4. Abb. *notab.*3.*num.*4.*& notab.*5.*n.*7.Franch. *num.*4. *& seq.* Sot *lib.*3.*de justit.quæst.*6. *art.*2. *& lib.*10.*qu.* 2.*art.*3. Ledesma 2.*p.*4.*quæst.*18 *dub.*9.D.Antonin. *part.*2. *tit.* 1. *cap.*20.§.1.Angel.Rosel. Sylvest. Tabien. & cæteri Summistæ *verb.electio*,Covar.*in reg peccatum part.*2. §.7.*num.*4.*vers.igitur jura*, quem expressè sequuta est Rota *in Eugubina Parochialis S.Venantii*,13. *Ianuarii* 1623.coram bonæ mem.*Remboldo*,Bannes *de Iust. quæst.*63.*art.*2.*post dub.*3.*vers.ad confirmationem*.Turrian. *etiam de justit.tom.*2.*disp.*22.*dub.*1.*&* 2.Filliuc. *tract.*41.*de benef.cap.*4.*à n.*177.Lambert. *de jurepatron.lib.*2.*p.*1.*q.*10.*art.*3.*per totum*, & præcipuè *n.*26. *vers.tu circa*,Roch.de Curte *eodem tract.verb.honorificum,n.*42.Navar. *in manual.c.*17.*n.*72.*& in tract.de orat.miscel.*43.*post.n* 76.Petr.Nav. *de rest. lib.*2. *c.* 2. *n.*120. Greg.de Valent.2.*disp.*5.*q.*7.*punct.*22.§. *secundò quæritur,vers.secunda assertio*, Iacob.de Graff. *in aureis decis.p.*2. *lib.*2. *c.*99. *n.*2. Flamin. *de resign. lib.*10.*qu.*11.*n.*16.Aloys.Ricc. *in collect. decis. part.*4. *collect.*931. Ugolin. *d.cap.*50. §.13. *n.* 2. Azor. *instit. moral. part.* 2.*lib.*6.*c.*15.*quæs.*2.Rebell. *de obligat. Iustit.part.*1.*lib.*3.*q.*4.Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent.dict. tract.*4. *n.* 195. Campan. *in divers. Iuris Canon.rub.*6.*c.*3.*n.*32.*& rub.*7.*c.*6.*n.*70.Molfes.*in suo promptuario triplicis Iuris, tract.*6. *tit. de benef. n.*6. Castellin. *de elect. c.*9.Fr.Sigism.à Bononia *in simili tract.dub.*33.Villalob. *in sum.tom.*2.*tract.*8.*diffic.*2.*& seqq.*latè Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.*7.*c.* 11. *dub.*8.Petr.de Bollo *in œconomia Canonica,classi* 2.*c.*3. § 5.*pag.*173.Diana *moral.resol.p.*2.*tr.*15.*resol.*38.40. 41.latè Beltram.ad Greg.XV.*decis.*11.*litt.E*,ubi tres constituit conclusiones.*Prima* est quod in foro Conscientiæ eligens dignum omisso digniore, mortaliter peccat,quia offendit justitiam distributivam. *Secunda*, quod in Curatis, & Parochialibus etiam in foro exteriori debet eligi magis dignus,aliàs electio est nulla. *Tertia*,quod in aliis beneficiis, præterquam in Parochialibus sufficit in foro exteriori eligere dignum, omisso digniore. Omnium latissimè multis sacræ Scripturæ,& utriusque Iuris auctoritatibus adductis, Alex Raudens.*decis.*54.*à n.*78. Rationem nostræ resolutionis adducit Rebuff. *in concord. tit.de electionis derog.verb.idoneiorem, pag.*95. ubi ait, *Qui non eligit idoneiorem,& meliorem peccat mortaliter:tum quia est infidelis domino suo, ut dicitur in Evangelio, Fidelis servus,& prudens,quem constituit Dominus.Tum quia cedit in detrimentum Ecclesiæ, & dedecus. Grave est enim inexpertes Dei servitio applicare,c. Monasteriis* 19.*q.*3.*glos.pen.in c.ad Apostolicam, de regular. Et quia transgreditur Canones volentes meliorem eligi debere,& Ius divinum,ut supra dictum extitit*,&c.Less. *de justitia lib.*2.*c.*34.§.14.*n.*64 ibi,*Ad beneficia habentia curam animarum, vel aliam functionem magni momenti in Ecclesia eligere,postulare, aut præsentare dignum,omisso digniore,qui in promptu est,est peccatum mortale*,&c.Et paulò inferius.*Ergo qui præsentant,vel eligunt,vel beneficia liberè conferunt,graviter peccant, si digniores prætermittant sive sit Papa,sive Episcopus, sive Princeps sæcularis, non domini beneficiorum, sed œconomi*,&c. *& n.*65.ibi.*Tenemur in re tanta sub peccato mortali eligere aptissimos, quod non solùm verum est de electore, & collatore libero,sed etiam de patrono* &c. Quare concludimus sententiam sancti Th.*d.q.*63. *art.*2.*ad* 3.prædictam distinctionem facientis esse securam,illius autem verba sunt quæ sequuntur.*Quantũ ad hoc,quod electio impugnari non possit in foro judiciali,sufficit eligere bonum,non oportet eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniã:sed quantum ad conscientiam eligentis,necesse est eligere meliorem*, &c. maximè in non Curatis beneficiis, latissimè Ioan.Paul.Xammar.*de officio Iudicis,p.*1.*q.*22.*à n.*10. *cum seq.*ubi probat quod in foro Conscientiæ tenetur quis eligere,seu providere digniorem ad munera publica sæcularia,& officia administrationis justitiæ, & *à n.*21. quod conferens officium publicum digno, prætermisso digniore,etsi mortaliter peccet, nõ tamen tenetur ad restitutionem, & *à n.*44. tenet quod licet graviter peccet,ut diximus,electio tamen illa sive provisio,valida est,nec in foro judiciali potest rescindi.

98 Nulla tamen contrahitur restituendi obligatio digniore prætermisso,si nullum justitiæ jus per oppositionem,aut aliquem legitimum titulũ acquisierit quoad beneficium,cathedram, officiúmque publicum. Ita Rebel.*d.lib.*3.*q.*3. quem refert Campan. *d.n.* 70. *v. Cæterùm*, vel si beneficium non debetur digniori ex aliquo statuto,vel lege.Steph.Grat. *dec.* 97. *num.* 22. *cum seqq.*ubi explicat in Parochialibus, quæ in concursu conferuntur juxta formam Concil. Trident. & Bull.Pii V. in quibus si prætermisso digniore, dignus eligatur,elector talis tenebitur digniori damnum resarcire,quod exinde illatum sibi fuit, ut expressè docent Cajet.2.2.*q.*62. *art.*2. *ad* 4. *in dubio*, *& in sum. verb.acceptio personarum*,Sylv *in sum.verb.restitutio,* 3.*q.ult.vers.secundò*, Ludov.Lop. *in instr. Conscient. tom.*1.*c.*125.*&* 127.Arag. 2.2.*q.* 62. *art.* 2. *&* *q.* 63. *art.*2.& ibi Solon. *q.*63.*art.*4.*contr.*3.*conclus.*4. Petr. Navarra *de restitut.lib.*2.*c.*2.*à n.*176.Fr. Emman. *in sum.tom.*1. *cap.*108.*num.* 6. Petr. Ledesma *etiam in sum.p.*2.*tract.*8.*c.*4.*conclus.*1. *&* *c.*8. Nicol. Garc. *d. p.*7.*c.*16.*n.*30.*in fine.*

99 Obligatio hæc conferendi beneficia sub mortali dignioribus,intelligitur de possibilibus haberi in diœcesi; hi enim de quibus constat, quod inibi haberi non possunt, extra latitudinem eligibiliũ computandi sunt,ex Cajet.& D.Th.*d.q.*93.*art.*2.*vers.fin.*non enim tenetur perquirere totum mundum, ut meliorem habeat,cui conferat, quia excusaretur conferendo bonis in diœcesi existentibus, quique facilè & in promptu haberi possunt, post Cajetan.tradit Mich.Salon.*in tr.*

de

100 *de justitia q.63.art.2.controv.3. vers. tertiò certum est.* † Sic etiam ubi confertur beneficium digno, omisso digniori,cum exiguitate damni,id est,si dignioris major idoneitas parum excedat idoneitatem minus digni non committitur peccatum mortiferum. Ita Navarr. *d miscel.43.vers.fallit tertiò*,Gregor.de Valentia *dict. disp.5.q.7.punct.2.vers.secundò quatuor,in fin.*Etiamsi excessus esset alterius considerationis, si electio non esset ad minus magni momenti, Salon.*dict.art.2. controv.3. vers. his positis*, & ibi Bannes *vers. sit prima*, Quamvis pro validitate electionis satis sit ut minùs dignus eligatur, & electio de digno, omisso digniore sustineatur; id tamen procedit quando celebrata est electio,quæ ex omissione dignioris non retractatur,& litium occasiones amputantur, sed ante electionis celebrationem omnia jura clamant, quod meliores, & sanè sanctiores eligantur,sunt verba expressa Rotæ *decis.*80.apud Farin.*p.1.recent.*& ad hæc reducendi sunt Nicol.Garc.*d.c.2.n.*225. Azeved.*d.cons.n.*30.& Massobr.*d.praxi,req.5.dub.*1.ac alii per eos citati arbitrantes electionem, & provisionem in concursu Parochialium faciendam de digno omisso digniore esse nullam, & subreptitiam, uti forma Concilii, & dictæ Const. Pii V.non observata,stante decreto irritante: & intelligenda Rota *in Dertusen. Parochialis*, 18. *Decembris* 1581.coram *Gypsio,& in Tuden.Parochialis*,28. *Aprilis* 1603.coram *Illustriss.Cardin.Sacrato*,impressa per Farin. *decis.*61. *p.2. recentissim. & in Ripana Parochialis*,1. *Iunii* 1609. coram *Ottembergo*, relata
101 per Beltramin. *ubi suprà.*

Quare Episcopus semper attentè debet rimari qualitates oppositorum, ut dignioribus beneficia possit conferre,debet enim talis persona quæri quæ residere in loco, & curam Ecclesiæ per seipsam valeat exercere,*c.quia nonnulli, de cleric.non resid.cap.relatum,eod. tit.*Card.Anton.Zapata *in discursu,p.1.concl.1.n.4.& p.2.concl.2.n.7.*itaut nullo modo conferendum sit beneficium illi,qui præsumit nolle residere,Zabarel.*in d. cap.relatum,ad fin.*& dicit Imola *ubi super glos. verb. cum effectu*, quod qui dicit se velle residere, & tamen non habet intentionem residendi, non debet admitti, si hoc apparet, vel ex circunstantiis possit præsumi quòd non intendebat residere, prout eos citat Card. Ant Zapata *in d.discursu, p.2.concl.2.n.4.* quod adeo verum est ut collator possit provisum obstringere ad jurandum quod resideret in beneficio, ita Cosm.*in pragm.sanct.tit.de collat.§. sequuntur qualificationes, verb.volverit*,Garc.*de benef.p.8.c.2.n.29.& 31.*Azor. *instit.mor.p.1.lib.11.c.15.in fine,& p.2.lib.6.c.9.*Valer. Reginald.*tom.2.lib.30.c.13.in fine*, Card.Anton. Zapata *d.p.2.concl.4.n.9.*Debet etiam quis eligi,qui se promoveri ad Sacerdotium intendat, aliàs enim conferens,cum eum non crederet ad talem Ordinem promovendum,præter divinam,quam exinde incurrit offensam, ad servandam indemnem eandem Ecclesiam obligatur,ut probat *c.commiss.§.caterùm,de elect.lib.1.* Card. Anton.Zapata *in d.discursu,p.1.concl.1.n.1.*Nec est admittendus, qui animo absoluto mutandi statum clericalem accipit beneficium; secus si non certo,& absoluto,sed conditionali,si aliquid convenientius sub proposito superveniat, id faciat. Ita Navarr. *de Orat. miscel.44.n.2.aliàs miscel.49.n.20.& cons.17.de cleric.non resid.*Sanch.*de matrim. lib.7.disp.45.num.10.* Azor.*d.part.2. lib.6.c.8.q.4.*Card.Ant. Zapata *d.p.1. concl.4.* Nec ille venit beneficiandus, qui ea beneficia accipit animo,& intentione illa postmodùm resignandi,ut statuit Paulus IV. *in sua const.33.*incip.*Inter cæteras,sub dat.26.Novemb.1557.* ob idque Curiæ Romanæ stylus jam obtinuit ut in commissione examinis ad beneficia curam animarum habentia,quæ per concursum providentur,inseratur hæc claus.*præstito prius juramento, quod illud non accipiat animo renuntiandi.* Navar. *cons.16. de cleric.non resid.* Flamin. Paris. *de resign.benef.lib.9.q.10.n.4. & 5.*Gonzal.*gloss.15.n.9.* Fr.Emman.*in sum.tom.1.verb.benefic.cons.5.*Gatc.*de benef. p.11.c.3.n.191.in fine*, ubi illam Constitutionem procedere ait in sic obtinentibus,seu impetrantibus beneficia in Curia Romana, seu à Papa, non ab Ordinariis, seu extra Curiam, & Flavius Cherub. *in schol. ad dictam Const.* resolvit non incidere in ejus prohibitionem, qui obtinet beneficium non certo & absoluto animo resignandi, sed conditionaliter,si aliquid convenientius suo proposito superveniat, refert Cardin. Anton. Zapata *in d.discursu, p.1.concl.7.n.7.* Nulla enim beneficia etiam curata postulant animum perpetuò illa habendi, nam sufficit quod beneficiandus ea recipiat,donec pingujus possit obtinere,vel donec de Pontificis licentia illa renuntiet, vel permutet cum alio, & in hoc casu nullum peccatum incurrit, neque ad aliquam obligatur fructuum restitutionem. Nav.*in man.c.25.n.119.vers. decimò,& cons.1.n.2.de præb.*Fr.Emman.*d.verb. benefic.c.56.n.7.*Vega *in sum. tom.1.c.36.casu 23.* Less. *de Iustitia lib.2.c.34.n.136.* Nicol.Garc.*in addit.ad 3.p.c.4.post.n.58.vers sextum dubium est.* Sanch.*de Matrimon. lib.7. disp.45.n.12.* Vasq.*in opusc.de benef.c.3.§.3.dub.1.n.43.*

Quod attinet verò ad dignoscendam majorem minorémve identitatem in provisis ad beneficia, scien- 101
dum præferri debere illum, qui altero cum quo concurrit, fuerit senior, Barbatius *cons.23. post n.13.volum.1.*Roland.*consil.47.num.70.lib.1.*Marc. Antonin. *variar. resolut. lib.1. resolut.104.num.2.* Lambert.*de Iurepatron.p.2.lib.2.q.2.princ.art.26.n.4.* Rota *decision.61.n.1.part.1.recentissim.*Et in provisione beneficiorum præferendum esse,illum,de cujus bonis fundata est Ecclesia,tenet gloss.optima *verb. sine possessionis, in c.neminem,70.dist.*ibi,*quia potius sunt illi clerici instituendi,de quorum bonis fundata est Ecclesia*,per text. ibi.*in Ecclesiis à vobis fundatis,aliunde venieus clericus non suscipiatur,in c.hortamur.71. dist.*quam glossam extollunt, atque auream appellant, Lambertin.*de jurepatron.part.3. lib.2.art.4. qu.5.n.9.*Roch *in simili tract.verb.honorificum quæst.18.n.46.* Greg. Lop.*l.13. verb.hijos de la Iglesia,tit.15.p.1.* Azeved.*l.14.n.12. tit.3.lib.1.nova Recop.*Salzed.*in pract.Canon.c.54.n.4. vers.tum fulcitur*,Azor.*instit moral.part.2.lib.6.cap.4. q.25. vers. & coram multis*,& probatur optimè argumento text.*in c.cùm in officiis, de testam.* Necnon Sacerdotē præferri alteri aliquo inferiori Ordine insignito,tenent Roland.*d.cons.74.n.75.* Dec.*cons.542.n.13.* Rot.*decis.229.n.5 p.1.in posthum, & d.decis.61.n.1.* Perez de Lara *d.lib.2. c.3.n.16.* Et in pari attenditur quis prius assequutus fuit suos Ordines & gradus, ut advertunt Ioan.de Platea *in l.2.n.1.Cod.de primicer. lib.12.* Natt. *cons.638.n.18.* Habentem nobilitatem majorem præferendum esse asserit Lambertin. *lib.2. p.3.q.1.art.9.*& Rot. *decis 51.n.1.part.1.recentissimar.* Peregr.*cons.32.n.31.cum seqq.vol.1.* Contra Sigism. à Bonon.*de elect dub.32.n.4.*asserentem nullo pacto esse attendendam nobilitatis qualitatem ad effectum eligendi digniorem, quod verum judico ex rationibus per me allatis *p.1.tit.3.gl.17.n.15.cum seqq.*

Et præferendum graduatum in aliqua scientia,Caputaq.*dec.277.part.1.*Put. *dec.200. lib.3.* & ita Doctorem non Doctori Aloys.Ricc.*decis.Curiæ Archiep. Neap.decis.135.à num.1 part.4.*Rota *dec.36.num.2.* apud Farin. *part.4.recent.* deinde magis litteratum, Rot.Romana apud Farin. *dec.677.in novis. part.4. recent.& dec.219.num.2.part.1. in posthum.* & majori habilitate præditum, veluti prudentia, integritate, & maturitate, eadem Rot. Romana apud Farinac. *decis.628.* & in terminis quod in concursu Parochialis præferendus sit magis litterato ille, qui prudentia, & moribus, ac integritate laptior videtur ad gubernandam Ecclesiam, Rota *dec.521.num.1. p.1. recentissim. in posthum. & ibidem dec.551.* Quando

verò

verò in aliquo concurrunt pietatis, misericordiæ, vel utilitatis publicæ argumenta, promovendus etiam minus dignus præfertur, Valer. Reginald. *d.lib.*30 *tract.* 3.*num.*100. Sic etiam † minus doctus, modò idoneus, cujus mores sunt noti, & approbati, præfertur doctiori, cujus vita ignoratur, referunt decisum Massobr. *in dicta praxi, requis.* 5. *dub.*2. *n.*19. Rota *in Barcinon. Parochialis,*29.*Novembris* 1613.coram Buratro, Gonzal. *ad regul.*8 *Cancell gloss.*4. *n.*112. Piasec. *in praxi nova Episcop d cap.*5.*n.*19 Nicol.Garcia *p.*9 *c.*2.*n.*11. Aloys.Ricc. *in praxi fori Ecclesiast.decis.*425. *in prima edit & resol.*362.*n.*1. *in secunda edit.* Originarius idoneior judicandus, & præferendus est, si alter sit extraneus, Dec. *cons.*14. *num.*13. Lambert. *lib* 2.*p.*3. *quæst.*7. *princ. art.*4. *num.*5. Roch. *verb. honorificum, à num.* 45. Covar. *pract. cap.* 35. *vers. secundò annotandum est, sub num.*5. Mastril. *Sicilia decis.*2. *n.*147. Fusch. *de visitat. lib.*2. *cap.*5.*num.*13 *&* 14 *& cap.*21. *num.*25. Mandos *cons.*55.*n.*4. Mar.Anton.*d.resol.*104. *num.*2. Rot. *decis.*299.*p* 2.*divers.* Azeved. *lib.*24. *numer.*23.*cum sequentib tit.*23.*lib.*1.*nova Recop.* Cevall. *commun. contra commun. q.*693. *num.* 33. *cum sequentibus.* Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. beneficium,* §.8. *vers. secundò debent.* Perez de Lara *de Capellan. lib.*2.*cap.*3.*n.*19.me citato Valenzuela *tom.*2.*cons.*105. *num.*87 *cum multis sequentib.*& ita potest eligi dignus de civitate, vel gremio Ecclesiæ, posthabito digniore extraneo, juxta *cap. nullus, dist.*61. Vivian. *in praxi jurispatron.p.*2.*lib.*6 *cap* 6.Zech.*de benefic. c* 12.*n.*36. Piasec. *in praxi nova Episcop.d.cap.*5.*n.*12.Ugolin.*d. d.cap.*50. §.8. *n.*4. Gutier. *cons.*2.*n.*24. Valenzuela *d. cons.*105.*n.*92. ubi *n* 93. hinc provenire ait, quod taciturnitas nationis in impetratione beneficij reddit impetrationem subreptitiam, & sic nullam, eo quòd in dubio Papa intendit providere cuiquam in sua patria.

101 Unde communis omnium ferè Doctorum tenet, naturales semper in beneficiorum provisionibus præferendos fore, quorum primus, & antesignanus fuit Abb.*in d.cap.ad decorem,n.*4.*de instit.* ibi: *Credo tamen ubi inde geniti essent idonei, quod non debent postponi propter extraneos, pro quibus vide textum notabilem in cap nullus invitis,*61.*dist. & quamquam loquatur in Episcopis, ratio tamen textus est communis ad alia beneficia, & esset valdè honestum, & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficiaretur, ut sic unus non occuparet beneficia, vel stipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia,& inducuntur facilius ad residentiam tales indigenæ,quàm extranei,*&c. Idem Abb. *in cap bonæ, el* 2 *de postulat. Præl.not.* 3.*num.*16. ibi: *Ubi in loco reperiuntur idonei, non debet præfici extraneus, est enim quis honorandus & promovendus ubi suam peregit ætatem, neque debet alius obripere stipendia aliis debita,gloss verb.de hoc mentionem,in cap. si proponente, de rescript.*&c.S.Thom.2.2.*q.*63.*art.*2. *ad* 4. Sot. *de justit. lib* 3. *q.*6. *art.*2.*ante* 10. *conclus. vers enascitur autē,*Cosm.*in proœm.pragm.Sanctionis, vers.exterorum,* Roland.*cons.*47.*n.*67.*vol.*1. Didac.ab Alva *de Concil.p.*2. §.36 Paris.*cons.* 38.*n.*11.*vol.*4.Duen. *reg.*202. Corras.*de benef part.* 3 *cap.*5.*n.*9. Selva *de benef p.*3 *q.*26.*n.*2. Lambert. Roch. de Curte, Fusch. & Cov.*citatis locis,*Salzed.*in pract c.*54.*n.*4.7.9.*&* 11. *in fine,*Azeved *leg.*14.*n.*9.*tit.*3. *lib.*1.*nova Recop* Spin. *in speculo testam. gloss* 3.*princ.n.*72. Anton.Cuch. *instit. Canon.lib.*4 *tit de elect.el* 1.*n.*88. Flamin.Paris. *de resignat. lib.*4.*q.*7.*n.*3. Hojed *de incompatib benef c.*23. *num.*83. Rebuff.*de nominat.q.*9.*n.*48.*&* 57. Greg.Lop. *l.*13. *verb de aquel obispado, tit.*15. *part.*1. Mieres *de majorat part.* 1. *q.*11. *num.*289. *cum sequentibus, & quæst.*57.*num.*100. Cened. *ad Decretal.collect.*56.*n.*7. Villar. *del patronado de Calatyud, part.*3. *in princ. à num.*7.*&* 8.*costumbre* 4.Gutier *cons.*2.*num.*23.*&* 24. Cevall. *comm.contra comm.q.*693 *n.*35.*&* 36. Surd.*de aliment tit.*1. *q.*93. *à num.*9. Sahag. *in cap.eam te,de rescript.n.*30.Zerol *in praxi Episc.p.*1.*verb.beneficia,* §.8. Camil.Borrel. *in sum. decis. part.*1. *tit.*20. *n.*162. Azor. *instit.moral.p.*2.*lib.*6.*cap.*4.*q.*25. *vers.& certè multis*, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.*9. §.1. *n.*57. Perez de Lara *de anniv & Capellan lib.*2 *cap.*3 *n.*19. *&* 20. Nicol.Garc. *de benef. part.*7.*cap* 9 *ferè per tot.* Less. *de Justit. lib* 2. *cap.*34. *dub.*12. *num.* 59.

Hinc si ex fundatione, institutione, statuto, consue- 102
tudine, vel privilegio beneficia aliqua conferenda sunt filiis patrimonialibus, seu naturalibus loci, illis; & non aliis conferri debent. Covarr. *d.cap.*35 *num.*4. Salzed. *d cap.*54.*num.*11. Azeved. *d.lib.*14.*num.*5. *& sequentibus, & tit.*3. *lib.*1. *Recop.* Flamin. *de resignat. lib.*2. *q.*12. Hojed. *d p.*1. *cap.*24 *n.*86. *cum sequentibus*, Gonzal. *ad d. reg.*8 *Cancell. gloss.*4. *num.*163. Garc. *d part.*7.*cap.*13.*n.*1. Azor.*dict.lib.*6.*cap.*4.*q.*25. Less. *d lib.*2. *cap.*34. *dub.*13. *num.*59. Quæ statuta in universo Orbe utilissima esse, cáque ubique desiderari, referunt Covar.*d.cap.*35 *num* 5.*in fine,* ibi: *Unde sanctissimum esset, & Reip. consultissimum, quod summus Ecclesiæ Pontifex, aut œcumenica Synodus sanciret, ut omnia cujusque Diœcesis beneficia, saltem curam animarum habentia, patrimonialia efficerentur, atque non reciperentur nisi cives, vel qui inde sunt oriundi,* &c. Salzed.*ad cap.*54 *n.*11.*in fine,* ibi: *Utinam ubique servaretur, ut beneficia Ecclesiastica patrimonialibus filiis conferrentur, ut sanctius, ac diligentius divinum munus illustraretur,* &c. Azeved. *lib.*14. *n.*9. Gonzal. *d. gloss.*9. §.1. *num* 27. *vers. hinc cum,* ibi, *valdè honestum, & fructuosum Ecclesiis, & divino cultui esset, si omnia beneficia efficerentur patrimonialia*, &c. Præsumitur enim indigena propriam civitatem, & Ecclesiam magis diligere, & à populo plus amari, juxta S.Thom. 2. 2. *q.*13. *art.*2. *ad* 4. ibi, *ille qui de gremio Ecclesiæ assumitur, ut in pluribus consuevit esse utilior, quantum ad bonum commune quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus:* sequuntur Sot. *de Justit.lib.*3.*q.*5. *art.*2. *ad* 4. Azor. *lib* 6.*cap.*4. *q.*25. *vers.& certè, & vers. ad objecta.* Nam pluribus in locis Jure divino, Canonico,& Civili hoc idem cōprobatur. *Deuteronomio* enim *cap.* 17. ita habetur: *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non sit frater tuus:* quem locum ad hoc propositum adducunt S.Thom.2.2.*q* 63. *art.*2.*ad* 4.*in fine.* Sot.*de Justit lib.*3.*q.*6 *art* 2 *in resp. ad* 4.Item *c* 18. *ejusd.Deuteron.*dicitur: *Prophetam de gente tua: & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Quem textum in idem refert Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.*54. *n* 4. & Azeved. *in l.*14.*n.*1. *tit.*3.*lib.*1. *novæ Recop.* ubi affirmat hanc oriundi ex loco prælationem à Jure divino originem ducere. Quæ quidem resolutio Canonicis,& Ecclesiasticis decretis expressiùs sancita est primum à Cœlestino Papa *in cap. nullus invitis,* 61.*dist.*ibi, *tunc autem alter de altera eligatur Ecclesia, de civitate ipsius cleros nullus,quod evenire non credimus,dignus poterit reperiri,* &c. quam textum ad hoc notabilem dicit Abb. *in cap.ad decorem,de instit n.*4. animadvertens ejus rationem communem esse ad alia beneficia, etsi littera de Episcopis tantummodò loquatur, cum appellat pulcherrimum. Ad idem Gregor.Lop. *l.*13. *verb. de otro obispado, tit.*15 *part.* 1. Eandem conclusionem probat etiam text. *in cap. obitum, eadem dist.* 61. ibi: *Commonemus fraternitatem tuam, ut nullum de alia eligi permittat Ecclesia, nisi fortè inter clericos ipsius civitatis nullus dignus; quod evenire non credimus; poterit inveniri.* Egregius text.*in cap. ne pro defectu* 41. *de elect.* ibi, *de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in ipsa, Canonici providere,*& *cap.bonæ memoriæ, el* 2.§.*intelleximus, de postulat. Præl.* ibi. *Nec vellemus ei præficere alienum, cap. fin. de clericis peregr. cap. hortamur,*71.*dist.* ibi, *hortamur Christianitatem vestram, juxta sanctorum Canonum instituta, ut in Ecclesiis à vobis fundatis; nullumdè*

aliunde veniens clericus non ſuſcipiatur, &c. Probatur eadem reſolutio *ex reg. Cancell.* 16. *de concurrentibus in data*, ibi : *Et ſimiliter cæteris paribus oriundis, non oriundo, & Diœceſanus, non diœceſano preferantur*, &c. quam ad hoc allegant Salzed. *d. c.* 54. *n* 9 Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *q.* 25. *verſ. cæterum, in fine.* Et ex Jure Civili *in l. in Eccleſiis, C. de Epiſc. & cleric.* ibi. *Clerici non ex alia poſſeſſione, vel vico, ſed ex ea ubi Eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur*; quæ in proviſionibus beneficiorum loquitur, ſicuti illam intelligunt, & interpretantur Odofred. *ibidem n.* 2. & Bald. *n.* 1. Salzed. *d. c.* 54. *n.* 2. Covar. *pract. c.* 35. *n.* 5. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *n.* 37. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *c.* 9. *n.* 5. Alia Jura Cæſarea ponderavit Ceval. *communiũ contra commun. q.* 693. *n.* 36. videlicet textum *in l. fin. C. de officio Prætor.* ibi : *Sed hi tantummodo admittendi ſunt, ut dictum eſt, qui hîc domicilium fovent*, &c. Et *in l. unic. C. non licere habitator. metrocom. lib.* 11. ibi, *ut nulli extraneo illic quoquomodo poſſidendi licentia tribuatur, &c.* & *in l.* 1. *eod. tit.* bi : *Quam mediationem jugiter, & in perpetuum civibus noſtris debere conferre ſancimus*, &c. Denique Jure Regio *in l.* 15. *tit.* 15. *p.* 1. ibi, *Edeven primeramente preſentar los patronos de los hijos de la gleſia, ſe los oviere a tales que ſean para ello, e ſino de los otros, que ſean de aquel Obiſpado*, &c. ubi Greg. Lop. Ex quibus jam evidenter colligitur quantum omni Jure commendatum fuerit, ut indigenis & naturalibus loci potiùs beneficia darentur, quàm alienigenis, & extraneis, non ſolùm ut ſuprà diximus, quia cenſetur magis diligere patriam, & à ſuis conterraneis plus amari, ſed etiam quia melius reſident in beneficiis, ut in terminis advertunt Abb. *in cap. ad decorem, n.* 4. *de inſtit.* ibi, *& inducuntur faciliùs ad reſidentiam tales indigenæ quàm extranei*, &c. Sot. *de Juſtit. lib.* 3. *q.* 6. *art* 2. *circa* 10. *concl. & in reſp. ad* 4. *arg.* Salzed. *d. c.* 54. *n.* 4. bi, *tum quia hæc potiſſima erit cauſa propter quam homines faciliùs invitentur ad reſidentiam, non enim parvo æſtimandus eſt ingenitus amor, quem quiſque ad nativum ſolum habet*, &c. Cevall. *d. q.* 693. *n.* 35. ibi, *quia præſumptio eſt, quod naturales, & originarij melius reſident in beneficiis, quàm exteri, qui cum magna difficultate relinquunt dulcem, & amabilem patriam, & ſic iſta ratione naturales, & originarij præferri debent*, &c. Nicol. Garc. *d. p.* 7. *cap.* 9. *n.* 7. ibi, *quia facilius inducuntur ad reſidentiam indigenæ dulcedine patriæ allecti, quàm extranei*, &c. Azeved. *d. l.* 14. *n.* 17. *tit.* 3. *l.* 1. *novæ Recop.* Azor. *d. l.* 6. *cap.* 4. *q.* 25. *verſ. & certè.*

103 Item qui nullum obtinet beneficium, præferri debet in concurſu obtinenti, ut tenuit Rota *in Calaguritana beneficij*, 20. *Februarij* 1587. coram *Illuſtriſſimo Seraphino*, & eſt inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ.* 768. ubi etiam, quod ille dicitur magis idoneus in pari concurſu, qui diſpenſatione non indiget. Pauperes enim in beneficiorum proviſionibus ſunt præferendi, Hoſt. *in cap. tua*, ubi Butr. *col.* 3. *de ætate & qual.* Roch. de Curte *de jurepatron. verb. honorificum, q.* 15. *n.* 45. Lambertin. *in eodem tract. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 3. *in princip.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 93. *n.* 17. Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 693. *n.* 37. latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 2. *ferè per tot.* Nicol. Garc. *p.* 7. *cap.* 9. *n.* 11. & 13. Stephan. Grarian. *diſcept. forenſ. cap.* 211. *num.* 23. Perez de Lara *de anniverſ. & Capellan. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. Eccleſia namque ita favet pauperibus, eoſque diligit, ut dominos ſuorummet bonorum illos appellet, *cap. quod autem* 23. *quæſt.* 7. ibi, *non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem*, Gonzal. *d. gloſſ.* 2. *num.* 16. ob id que mater pauperum nominatur, *in cap. ſuper prudentia, ante fin.* 14. *q.* 1. Gregor. Lop. *in rub. tit.* 18. *part.* 1. Gonzal. *d. gloſſ.* 2. *n.* 15. ejuſque decimæ, in quibus utplurimum conſtitũ: beneficiorum ſuorum redditus, dicuntur patrimonia pauperum, *cap. quia juxta Sanctorum, in princ.* 16. *q.* 1. Gonzal. *ubi ſup. n.* 18. Et dignior judicari debet, qui eſt magis utilis, & aptus ad beneficium, cui præficitur, Covar. *in reg. peccatum, part.* 2. §. 7. *n.* 4. *ad med. verſ. dignior verò*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 348. Rota *in Beneventana Parochialis*, 13. *Junij* 1590. coram *Orano*, ubi fuit dictum, quod duobus a probatis ab Examinatoribus pro æquè idoneis, electio unius facta per Epiſcopum fuit judicata legitima, quamvis non eſſe Doctor, vel Sacerdos, nec pauper, ſicut alter, quia hujuſmodi qualitates, quamvis ſint conſiderabiles, tamen non faciunt digniorem pro gubernanda Parochia, cùm ultra doctrinam ſint majoris conſiderationis mores, & aptitudo ad munus injunctum. Clariùs hoc ipſum oſtendit Sanctus Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. his verbis. *Contingit enim quandoque quod ille, qui eſt minus ſanctus, & minus ſapiens, poteſt magis conſtare ad bonum commune*, &c. Covar. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 7. *n.* 4. *verſ. dignior*, ibi : *Dignior verò in hac quidem diſpenſatione non ſimpliciter dicitur ille, qui doctior ſit, vel qui ſanctior, ſed is, qui juxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet*, &c. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 15. *q.* 1. *verſ. verum*, ibi : *Is verò doctior & ſanctior habetur, qui ratione habita præfecturæ, ad quam aſſumitur, utilior & aptior eſt, quamvis abſolutè alius eo peritior & melior inveniatur*, &c. Rebuff. *in concord. tit. de elect. derog. verb. idoneiorem, pag.* 95. ibi, *quod intellige meliorem ſecundùm quid, videlicet quod ſit melior ad illum ſtatum, ad quem eligitur; non autem tenetur eligere meliorem ſimpliciter, qui eſt ille, qui eſt ſanctior, & in charitate perfectior*, &c. Perez de Lara *de Capellan. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 36. ibi, *dignior dicitur, qui rei gerendæ aptior eſt, licèt alter ſit doctior, vel ſanctior*, &c. noviſſimè Joan. Paul. Xammar. *p.* 1. *q.* 22. *n.* 50.

Penſatis his omnibus, aliiſque per Doctores citatos adductis, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, ut verbis utar Concilij Trid. ab ejus tamen judicio, ſeu electione ſi dignior rejectus fuerit, datur appellatio ad effectum ſcilicet devolutivum, non verò ad effectum ſuſpenſivum, ut ſumma cum ratione decrevit Concil. Trident. *d. cap.* 18. & ſtatuit dicta Conſtitutio ſanctæ mem. Pij V. Ita obſervant Ugolin. *d. cap.* 50. §. 13. *n.* 1. Campan. *in diverſorio Juris Canonici, rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 75. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *n.* 138. Rot. *deciſ.* 537. *n.* 11. & *dec.* 636. *num.* 1. apud Farinac. *part.* 1. *in recent.* & dictum fuit *in Pampilonen. Abbatiæ de Areſſo*, 22. *Aprilis* 1622. coram *R. D. meo Navarr.* ubi verò in gradu appellationis Metropolitanus revocat ſententiam Ordinarij, ab ejus ſententia datur appellatio quoad utrumque effectum, nec cenſetur Conſtitutio voluiſſe tollere appellationem ſuſpenſivam, cùm neque id expreſſerit, neque ſubſit eadem ratio, ut latè explicat Rota *deciſ.* 537. *num.* 2. & 3. *part.* 1. *recentior.* Beltramin, *ad Greg. XV. deciſ.* 538. *n.* 7. & 8. quem refert Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 31. *num.* 119. Ferentil. *ad Buratt. deciſ.* 22. *ſub litt. A.* Pro coronide materiæ electionis Parochorum addo elegantia verba Petri de Bollo *de œconomia Canonica, claſſ.* 2. *cap.* 3. §. *in princip. pag.* 109. *Varias excitant in Eccleſia Dei tragœdias plus æquo prælati negligentiores in Paſtorum electione : multi ex hac incuria turmatim & certatim non Paſtores, ſed mercenarij evaſerunt, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes, confuſa ſcandala, ſydera errantia, quibus procella tenebrarum æternis in ærumnis, niſi feſtinent ad reſipiſcentiæ portam, ſervata eſt, ut conqueritur S. Judas in Epiſtola. Hi ſunt, qui ſecuti impios filios Heli ſuum tantum in divinis lucrum exigunt, nihil interim curantes quomodo cultus Dei præſtetur, & ſic populum à pietate, & charitate retrahunt, ſe ſolos ditare, & otio torpentes beare ſatagunt. Quidam Magnatum coquinas inſerunt alij aulicos ſequuntur luxus, alij venationibus, alij certo*

lucro,

lucro, sed sordido dant operam: pauci Ecclesias civilis crediti venerantur, non ut eorum propagetur salus, sed ut optimos proventus recipiant, &c.

105 Prout etiam admittitur appellatio suspensus, ita ut possessio per illam suspendi debeat quando facto concursu appellatur inter præsentatos, vel patronos laïcos super pertinentia jurispatronatus, videlicet ab institutione facta ad præsentationem alterius ex patronis, ut fuit dictum *in Placentina Archipresbyteratus, 4. Junij* 1614. coram *Card. Pamphilio jun.*

106 Intellige quæ suprà diximus de appellatione admittenda quoad effectum devolutivum ab electione Episcopi, ut procedat quando electio, seu judicium Episcopi esset irrationabile, ut resolvit Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 23. *&* 24. Rot. *decis.* 40. *sub n.* 1. *part.* 1. *recent & decis.* 654. *n.* 4. *part.* 4. *in noviss.* & apud Gregor. XV. *decis.* 538. *n.* 5. & fuit dictum *in Ravenant. Parochialis*, 2. *Decembris* 1592. coram *Cardin. Arigonio.* De qua irrationabilitate, & dolo Episcopi liquidò & evidenter constare debet, cùm dicta Const. Pij V. loquatur conditionaliter, ibi: *constito de prioris eligentis irrationabili judicio.* Ita Gonzal. *d. gloss.* 4. *n.* 139. Marescot. *d. cap.* 52. *n.* 24. Rota *decis.* 40. *sub num.* 1. *part.* 3. *recent. & decis.* 219. *n.* 1. *part.* 1. *in posthum.* Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 24. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 31. *n.* 118. de qua claus. plura *in meo tract. de clausul. usufreq. clausul.* 26. & fuit dictum *in Pampilonen. beneficij*, 17. *Maij* 1577. coram *Cardinal.*

107 *Blanchetto*, Rota coram Greg. *decis.* 11. *à n.* 1. Nam facta electione per Episcopum, est interpretatio ad ejus favorem facienda, quod omnia consideravit, & magis idoneum arbitrio suo elegerit, ex notatis per Gonzal. *d. gloss.* 4. *à num.* 132. Non ideo poterit ab irrationabili judicio Episcopi appellare approbatus ab Examinatoribus Synodalibus, si alius similiter approbatus eligatur, quia in hoc casu locus est gratificationi, Lambert. *de Jurepatron. part.* 3. *lib.* 2. *numer.* 1. Straph. *decis.* 152. *in fine*, & fuit dictum *in Calaguritana beneficij*, 13. *Novemb.* 1620. coram *Ubaldo, & in Pampilonen. Abbatiæ*, coram *R. D. meo Navarro.* Novissimè hac de re *Sacr. Congregat. Concil. Trident. in una Viterbien. sub die* 9. *Septembr.* 1628. censuit *rejectum in concursu Parochialis posse provocare prælectum ad novum examen coram Judice appellationis, etiam antequam doceat de irrationabili judicio Episcopi*, idem quoque censuit *in Pisana*, 17. *Junij* 1650. *& in Reatina*, 1[illegible] *Martij ejusdem anni*, quarum memini *de officio, & potestate Parochi, cap.* 2. *num.* 148. *&* 149.

ALLEGATIO LXI.

Episcopus quos Beneficiarios ad Fidei professionem in suis manibus faciendam cogere possit.

SUMMARIUM.

1 *Professio Fidei facienda est à provisis de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali ejus Vicario, ultra quam quod provisi de dignitatibus, & Canonicatibus in Ecclesiis Cathedralibus, tenentur etiam eam emittere in Capitulo.*

2 *Professionis Fidei forma ubi referatur, ostenditur.*

3 *Professionem Fidei qui teneantur emittere.*

4 *Professio Fidei facienda est à promovendis ad Episcopatum.*

5 *Canonici exempti coram Episcopo, & Capitulo Fidei professionem intra duos menses emittere tenentur.*

6 *Canonici Regulares Ecclesiarum Cathedralium intra duos menses à die electionis obligantur Fidei professionem emittere.*

7 *Prælati Regulares intra duos menses ab adepta possessione sua præfectura, tenentur Fidei professionem facere.*

8 *Professionem Fidei denuò tenentur emittere qui in adeptione beneficij similis eam jam emiserunt.*

9 *Professionem Fidei emittere tenetur, qui denuò consequitur Parochialem dignitatem, vel præbendam, quam antea habuerat, & dimisit.*

10 *Approbatus, & idoneus judicatus ad Parochiam, est denuò examinandus si ad aliam admitti procuret.*

11 *Approbatus semel non est amplius examinandus in beneficiis simplicibus.*

12 *Commendatarij, quando sunt veri Beneficiati, tenentur emittere Fidei professionem.*

13 *Coadjutores etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur nisi cum factus fuerit successioni locus, Fidei professionem emittere.*

14 *Coadjutor post mortem coadjuti fit verus Canonicus, & tunc ei est assignanda ultima sedes.*

15 *Professionem Fidei non tenentur emittere Canonici & Dignitates Collegiatarum Ecclesiarum.*

16 *Professio Fidei coram Vicario generali, etiam Episcopo non impedito, fieri potest.*

17 *Professionem Fidei possunt facere provisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus Cathedralium in Capitulo, præsente Episcopo, seu ejus Vicario, qui fortè est Canonicus, ita ut eam iterum non cogantur foris coram eodem emittere.*

18 *Professionem Fidei Sede Episcopali vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed corã ejus Vicario.*

19 *Professionem Fidei per procuratorem fieri non posse declaravit Sacra Congregatio, &* n. 27. *quid attento jure sit resolvendum.*

20 *Professio Fidei emissa creditur, quando collatio beneficij est decennalis, &* n. 21.

22 *Professionem Fidei omittentes facere intra duos menses à die adeptæ possessionis, fructus suos non faciunt, nec illis suffragatur possessio.*

23 *Professio Fidei post dictos menses facta, ad fructus temporis præteriti post lapsum duorum mensium provisis non suffragatur.*

24 *Capitulum non potest habere pro præsentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emiserunt.*

25 *Terminus duorum mensium datus ad faciendam Fidei professionem non currit proviso, qui non accepit possessionem, quamvis per eum stet quominus illam accipiat.*

26 *Concil. Trident.* sess. 24. de reform. cap. 21. *ibi*, nec illis possessio suffragetur, *declaratur.*

27 *Regula de annali tueri non potest ad fructus retinendos Fidei professionem non emittentes, nec longissima possessio illis prodest quoad dictos fructus percipiendos.*

28 *Professionem Fidei non emittentes intra duos menses, ita fructus suos non faciunt, ut in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interveniente aliqua sententia.*

29 *Professionem Fidei per ignorantiam, seu inadvertentiam intra duos menses non facientes, quamvis in foro exteriori non excusentur, in foro conscientiæ non obligantur ad restitutionem.*

30 *Distributiones quotidianas suas faciunt provisi, quamvis fidei professionem non emiserint.*

31 *Fructus amissi ob non factam Fidei professionem sunt impendendi vel in usus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ.*

32 *Fructus amissi ob non factam Fidei professonem Ordinarius condonare non potest.*

1 PROVISI de Beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali ejus Vicario, seu Officiali, tenentur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses Orthodoxæ suæ Fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondere, ac jurare. Provisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solùm coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere tenentur, alioquin prædicti omnes fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, ex decreto Concilij Tridentini *sess* 24. *de reformat. cap.* 12. *vers. Provisi etiam.* De cujus intellectu & materia vide Fr.Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 19.*num.*7. Petr.de Ledesm. *in sum. part.* 2.*tract.* 1.*cap.*4.*concl.*10. Flamin.*de resignat. lib.* 8. *quæst.* 9. *à num.*121. *& lib.*10. *q.* 9. Zerola *in praxi Episcop. part.*2. *verb. Fidei professio*, Piasec. *in simili praxi, part.*2.*cap.*5.*n.*26. Sayr. *in floribus decis. sub tit. de Summ.Trinit.decis.*1 .*cum seqq.* Aloys.Ricc. *in collect. decis. part.*3. *collect.* 579. *& in decisionibus Curiæ Archiepiscop. Neapol. part.*1. *decis.*220. *num.*2. Azor. *institut. moral. part.*2. *lib.*7.*cap.*2. Nicol.Garc. *de benef. part.*3. *cap.*3. Ugolin. *de officio, & potestate Episc. cap.*50. §.16. Sanch.*in precepta Decalogi lib.*2. *cap.* 5. Quaranta *in summa Bullarij, verb. Fidei professio*, latè Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 1. *cap.*13. *cum tribus seqq.* Filliuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 5. *à num.* 5. novissimè me citato *in hoc & aliis locis*, Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.*1. *cap.*1. *dub* 8. Squillante *de obligat. clericor. part.*1. *num.*86. *cum seqq.* novissimè Stephan. Uveyms *ad Constit.* 24. *ex antiquo jure desumptas, & per Concil. Trident. innovatas, const.* 3. *n.*22.*pag.*33. Bonacin. *in primum Eccles. præceptum, disp.* 3. *q.* 2. *punct.* 4.

2 Formam autem dictæ professionis faciendæ ordinavit Pius IV. *in Constit.*incip.*Injunctum.sub Dat.apud sanctum Petrum anno Incarnat. Domin.* 1564. *Idibus Novembris*, quem referunt Piasec. *d.c.*5.*n.*25.*pag.*341. & Quaranta *dicto verbo Fidei professio*, Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.*2.*cap.*10.*n.*23. novissimè
3 Lavor. *var. lucubrat. tom.*1. *tit.*4. *cap.*16. *n.*41. † Et illam tenentur emittere quicumque de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscumque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, quocumque nomine, vel titulo provisi fuerint: item & promovendi ad Doctoratum,vel alium gradum, & Professores,vel Lectores alicujus scientiæ, vel Artis liberalis in quibusvis studiorum generalium Universitatibus, aut Gymnasiis publicis, juxta *Constit.* 112. ejusdem Pij IV. incip. *Injunctum, dat. Idibus Novemb.*1564. quam refert Quaranta *ubi proximè*, & dicunt Gallet. *verb. profiteri*, Nicol.Garc. *d.cap.*3. *n.*4.

4 Promovendi etiam ad Episcopatum professionem Fidei facere tenentur, ut jubetur à Gregorio XIV. *in Bulla*,incip. *Onus Apostolicæ servitutis, sub dat.*15. *Martij* 1591. sicut referunt Bonac. *d. punct.*4.§.1.*n.*5. Ugolin. *de potestate Episc. c.*1. §.3. Trullench.*d.dub.* 8.*sub n.*1. *vers.* 3. Forma autem hujus juramenti traditur in Pontificali Romano Clement. VIII. jussu edito *fol.*79. & à Franc. Leon. *d. cap.*10. *n.* 15.

5 *Primò* amplia,ut obligentur pariter Canonici exempti coram Episcopo, & Capitulo hanc Fidei professionem facere intra duos menses. Ita Navar. *cons.* 9. *de jurejur. in novis*, Petr.de Ledesma *d.c.*4. *post concl.*10. *diffic.*5. Sayr. *sub tit.de summa Trinit. decis.*1. Aloys. Ricc. *d.collect.*579.*ampl.*1.Ugolin.*d.*§.16.*n.*2. Sanch. *d. c.*5. *n.*2. Ricciul. *d. lib.*1. *c.* 13. *n.* 14. & censuisse *Sacram Congreg.* refert Nicol.Garc. *d. c.*3. *n.*21.

6 *Secundò* amplia, ut etiam obligentur Canonici Regulares Ecclesiarum Cathedralium, & computandi sunt duo menses à die electionis, vel à quo admittuntur ad participationem massæ Capitularis, referunt decisum Nicol. Garc. *d. cap.*5. *num.* 16. Ricciul. *d. lib.*1. *cap.*13.*n.*13. Homobon. de Bonis *in consult. & resp. quæst. mor. p.*1. *resp.*16. *vers. respondi etiam*, ubi citat Fr. Emman. Moltes. & Layman, Trullench. *d. dub.*8. *num.* 2. *in fine.*

Tertiò amplia in Prælatis Regularibus, qui eandem 7
Fidei professionem intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ facere tenentur per extensionem Pij IV. *in d. sua Const.*incip. *Injunctum.* Ita Emman. Sà *verb.Fides,in fine*, Fr.Emman.*in summ.tom.*1. *cap.*110. *n.*7. *& quæst. Regular. tom.*2. *q.*72. *art.*1. Navarr. *cons.*2. *de Sum. Trinit.* aliàs *cons.* 10. *de jurejur. in novis*, Sayr. *sub eod. tit. de Summa Trinit. decis.*2. Bonac. *d.*1. *præcep. Decalogi, disp.*3. *q.*2. *punct.*4.§.1. *n.*3.*&* 10. Aloys.Ricc. *Neapol. decis.*83. *n.*1. *p.*4. Filliuc. *d. cap.*5. *n.*7. Ugolin. *d.*§.16.*n.*16. Sanch. *d.c.*5. *n.*3. Flamin.*d.q.*9.*n.* 2.Anton.Ricc.*de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.*1. *c.*13.*n.*5. Trullench. *d.dub.*8.*n.*3.*in princ.* Licèt Sorb. *in compendio privil. Mendicantium, verb.professio Fidei*, cui suffragari videntur Sanch. *d. c.*5. *n.* 5. Portel. *in dub. Regul. verb. professio, num.* 3. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.*1. *disp.*8. *q.*3. *n.*3. Villal. *in summ. tom.* 2. *tract.*1. *diffic.*6. *n.*3. Diana *moral. resol. p.*3. *tract.*2. *resol.*78. dicat hoc in usu non esse. Navar. tamen, Fr. Emman. & Ricc. *citatis locis* contrarium asserunt. Unde deprehenditur non benè dixisse Fr.Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 50. *num.* 7. dum tenet excusari posse dictos Prælatos Regulares professionem non facientes in regionibus, in quibus solitum non est.

Quartò amplia, ut etiam obligentur denuò emittere 8
professionem Fidei illi, qui in adeptione alterius beneficij similis eam jam emiserunt: tenent Ugolin. *d.* §.16. *in princ.* Azor. *d. p.*2. *lib.*7.*c.*2. *quæs.*8. Campanil. *in diversorio juris Canon. rub.*8.*c.*3.*n.*20. Sigism. à Bonacina *de elect. dub.*50. *n.*4. Lavor. *d. tit.*4. *c.*22. *n.*5. Tambur. *de jure Abbatum, tom.*1. *disp.*8. *q.*3.*n.*8. Bonacin. *d. punct.*4. §. 1. *n.* 8. & ita declarasse *Sacram Congregat.* testatur Nicol. Garc. *d. c.*3. *num.*17. *&* 18. Quamvis Azor. *d. q.* 8. & quem videtur sequi Sanch. *d. c.* 5. *n.* 6. nihil resolvens, dicat quosdam existimare id locum habere in his, qui dimissa priori Ecclesia, posteriorem obtinent in diversis diœcesibus, oppidis vel locis; non tamen in his, qui secundum beneficium in eadem Ecclesia, in qua erat primum, accipiunt, quia, ut inquit Ugolin. *ubi proximè.* Concilium Tridentinum simpliciter jubet, ut professionem faciat, & non distinguit an antea fecerit: ergo nec nos distinguere debemus, juxta *reg. l. de pretio, ff. de public. in rem actione*, cum citatis *in libello ac principiis utrinsque juris, littera L, num.* 28.

Sic etiam tenebitur iterum prædictam Fidei profes- 9
sionem emittere, qui denuò adipiscitur Parochialem Dignitatem, vel præbendam, quam antea habuerat, & dimisit: qui sicut professio antea facta in alia actione, seu provisione non juvat ad sequentem, ut dictum est, ita etiam professio subsequuta in alia actione, seu provisione, non supplet defectum professionis aliàs commissum, quicquid velit Sanch. *d.n.*6. dicens,quod si dictam Fidei professionem jam amiserunt alio titulo, ut Doctoratus, quamvis immemores obligationis illius facultatis, ratione beneficij antea adepti satis erit, nec tenebuntur eam iterare, quia menti Tridentini satisfactum est, quod quidem non est verum: nam professus in una religione, si ad alteram migret, inibi rursus profiteri compellitur. Navarr. *consil.*60. incip. *An monachus, sub tit. de regularibus*, Sorb. *in compendio Mendicant. verb. Novitius, vers. sed advertendum*, & apertè probat Constitutio Pij V. incip. *Postquam divina bonitas, vers. quodque omnes.*

Sic demum approbatus, & idoneus dijudicatus 10
ad Parochiam, est denuò examinandus, si ad aliam admitti

admitti procuret, Campan. *in diverſ. juris Canonici, rub. 5. cap. 2. n.* 8. Regula enim quod † ſemel approbatus non ſit amplius examinandus, de qua *in cap. accepimus, de ætate & qualit.* vendicat ſibi locum in beneficiis ſimplicibus, Caputaq. *deciſ.*367.incip. *Præſentatus, p.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ.*419. *in* 1.*edit. & reſol.* 356. *in* 2. *edit.* declarando per ea quæ ſuprà dixi *alleg.*60. *num.*87. *cum ſeqq.*

11 *Quintò* amplia in Commendatariis aliquarum Eccleſiarum factis non ad earum, ſed ipſorum utilitatem, cum facultate diſponendi de fructibus, ſicut veri beneficiati; cùm enim ſic eorum Commendæ cenſeantur habere vim & effectum tituli, ut declarat Nicol.Garc. *de benefic. p.*4. *cap.* 4. *n.* 20. ideo tenentur hujuſmodi profeſſionem emittere, & ita eſt accipiendus Fuſc. *de viſitat. lib.*2. *cap.*9. *num.* 14.

Sextò amplia in proviſis de beneficiis curam animarum habentibus, ex Concil. Trid. *d. cap.*12. *verſ. Proviſi autem de beneficiis*: intellige de cura actuali, non verò habituali, ut reſolvit Ricciul. *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, lib.* 1.*c.*14. ubi aſſerit proviſum de Parochiali, quæ olim habuit Parochianos, ſed nunc habere deſiit, non teneri ad profeſſionem, ſi contingat Parochialem habitu ad priorem ſtatum revocari, videlicet quia Parochiani redeunt ad habitandum. Et non procedere in iis, qui non providentur de titulo Parochiali, ſed deputantur in Parochiis ad exercendam curam animarum, cujuſmodi ſunt plures in Regnis Hiſpaniarum, tenet Ricciul. *d. lib.* 2.*cap.*13.*n.*59. ubi *n.*61. limitat, niſi eſſent deputati à laïco, cui competit jus nominandi ad exercitium curæ.

Septimò amplia, ſive ſint proviſi per obitum, ſive per viam reſervationis, ut per Flamin. *de reſign. lib.*3. *q.*9.*in princ.* Ricciul. *d. lib.*1. *cap.*13.*n.* 17.

Octavò amplia, ut proviſi teneantur ultrò ſe offerre, adeò ut non requiratur de neceſſitate monitio ad faciendam profeſſionem, ut per Nicol. Garc. *d. cap.* 3. *num.*19. & 29. Ricciul. *d. cap.*13. *n.*18. Caſtro Palao *de Fide tract.*4. *diſp.*1. *punct.* 9. *n.* 4. me citato Trullench. *dub.*8. *num.* 1. *in fine.*

13 Limita *primò* in Coadjutoribus Canonicorum, ſeu Dignitatum; hi enim etiam perpetui, & cum futura ſucceſſione, non tenentur, niſi cum factus fuerit ſucceſſioni locus, hanc fidei profeſſionem emittere; quia Coadjutor durante coadjutoria non eſt in poſſeſſione Canonicatus, ſed Coadjutoriæ, ut ex Cotta & Veral. dicit Nicol. Garc. *de benefic. p.*4. *cap.*5. *n.*76. Saravia
14 *in tract. de juriſd. Adjunct. q.* 29. *n.* 37. & ideò poſt mortem coadjuti fit verus Canonicus, & tunc ei eſt aſſignanda ultima ſedes, ita ut eum præcedant Canonici ingreſſi etiam durante ejus coadjutoria, & poſt ejus receptionem, Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell. gloſſ.*5. §.9.*n.*110. Nicol. Garcia *d. cap.*5. *n.*74.

15 Limita etiam in Canonicis, & dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum, quia Concil. *d. loco*, ſolùm agit de proviſis Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, & de beneficiis Curatis. Ita deciſum per *S.Congreg.*refert Nicol. Garcia *d.cap.*3.*n.*13. Trullench. *d.dub.*8.*n.*2.*in princ.* & Ricciul. *d.cap.*13. *n.*56. Squillante *d.part.*1.*n.*89. Bonacin.*d.punct.*4.§.1. *n.*9. contra Zerol. *in praxi Epiſc.p.*1. *verb.benefic.*§.5. *d.*4. & Ugolin. *d.*§.16. *n.*3. dum tenet hic ultimo loco citatus, quod proviſi de beneficiis ſimplicibus eandem profeſſionem facere debent, eſto animarum curam non habeant: nam & qui Canonicatum adepti ſunt, eam facere tenentur, qui nec animarum curam gerunt: ergo idem & hi ob eandem rationem, argum. *cap. cùm dilecta, de confirm. utili*, & ex Concil. Trident. *ſeſſ.*25.*de reform.cap.* 1. *verſ.cæteri verò*, quod generaliter de omnibus beneficiis loquitur: ſed locus ille Cõcilij id minimè probat, quia non loquitur de hujuſmodi profeſſione, ſed de facienda in primi Synodo, ut ipſe Ugolin. ait *num.* 6. Nec verum eſt eandem rationem eſſe in Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & aliis beneficiatis, imò eſt longè diverſa ratio, propter excellentiam & præeminentiam dictorum Canonicorum. Similiter etiam in alium errorem lapſus eſt idem Ugolin. *d.* §.16. *n.*2. dum ait, quod etſi Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non teneantur profeſſionem facere Fidei in Capitulo, eam tamen facere debent coram Epiſcopo, vel ejus Officiali, quod reverà eſt ſine fundamento, & nullibi reperitur diſpoſitum. Limita etiam in Portionariis, & proviſis de Capellaniis in Eccleſia Cathedrali, Nicolaus Garcia *d. part.*3. *cap.*3. *n.* 13. Sanch. *d. cap.*2. *ſub num.* 1. Ricciul. *d. cap.*13. *n.* 57.

16 In manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali ejus Vicario, ſeu Officiali, Fidei profeſſionem eſſe faciendam decrevit S. Concilium Trident. *d. cap.* 12. Cui decreto ſatisfieri poteſt faciendo profeſſionem coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito; nam illa verba ſolùm ponuntur ad admonitionem, & denotandum convenientius eſſe eam facere coram ipſo Epiſcopo, ceſſante impedimento. Ita Nicol. Garc. *d. p.*3. *cap.*3. *n.*23. ubi refert ita eſſe accipienda verba alia ejuſdem S.Concil. *ſeſſ.*24. *de reform. cap.*18. *verſ.transacto*, ibi, *ab Epiſcopo, ſive eo impedito, ab ejus Vicario generali.*

17 Item prædicto decreto ſatisfaciunt proviſi de Dignitatibus, vel Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, qui Fidei profeſſionem fecerint in Capitulo præſente Epiſcopo, ſeu ejus Vicario, qui fortè eſt Canonicus, ita ut eam iterum non cogantur foris coram Epiſcopo, vel ejus Vicario emittere, quia verum eſt dicere iſtos feciſſe profeſſionem coram Epiſcopo, vel ejus Vicario, & in Capitulo, ut Concilium requirit. Ita per *Sacram Congregat.* deciſum fuiſſe *in una Seguntina*, refert Nicolaus Garcia *d.cap.*3.*n.*24. Bonac.*d.punct.*4. §.1. *num.* 7. & §. 2.

18 Sede Epiſcopali vacante hujuſmodi profeſſionem non ſufficit fieri coram Capitulo, ſed coram ejus Vicario; nam licèt Capitulum ſuccedat in juriſdictione Epiſcopi, & fungatur vice illius, ut ſæpe dixi, tamen cùm juriſdictio Epiſcopalis adminiſtretur per Vicarium, magis per eum repræſentatur Epiſcopus, quàm per Capitulum, præcipuè cum Concilium omninò velit juriſdictionem adminiſtrari per Vicarium, & non per ipſum Capitulum. Ita Ricciul. *d.lib.*1.*cap.*13.*n.*15. Nicol.Garcia *d. cap.*3. *n.*27. ubi *n.*28.tenei proviſum de beneficio curato debere facere profeſſionem coram Vicario Capituli Sede vacante, & non coram Capitulo, me citato *in hoc loco*, Bonac. *d. punct* 4. §.2. *n.*2.

19 Dubium in hac materia eſt non contemnendum, an Beneficiarius, qui dictam profeſſionem emittere tenetur, eam per procuratorem facere queat, quando per ſeipſum non poteſt? In quo negativam partem tuentur Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*166.*n.*22. Vener. *in examine Epiſcop.lib.*5.*c.*44.*n.*3. Aloyſ.Ricc. *in praxi, tom.*3. *reſol.*156. Squillante *de obligat. cleric. part.* 1. *n.*91. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 50. *n.*3. noviſſimè Diana *moral. reſolut. part.*5. *tract.*14. *reſolut.*23. & pro ea *Sacram Congregat.* cenſuiſſe referunt Additio. Navarri *conſ.*11.*ſub tit. de jurejur.*Ugolin.*d.* §.16. *n.*1. Squillante *d. part.*1. *num.*91. Steph.Uveyms *citato loco*, acriter contra me Sygiſm. à Bononia *d. dub.*50.*n.*3. & tenuiſſe Rotam atteſtatur Nicolaus Garcia *d. part.*3. *n.*75. plures refert, & ſequitur noviſſimè Joan. Solorzan. *de Jure Indiarum, tom.*2. *de Ind. gubern. lib.* 3. *cap.*6. *n.* 13. & conformius Tridentino videri, ab omnibus perſonaliter eſſe faciendam exiſtimat noviſſimè Trullench. *d. dub.* 8. *num.* 6.

20 Verùm, ſi rigorem Juris ſpectemus, contraria opinio recipienda eſt, videlicet quod per procuratorem præfata profeſſio præſtari poſſit, cum regulariter quicumque poteſt aliquid facere per ſemetipſum, poteſt illud facere per procuratorem, niſi lex, vel Canon

alter constituat, *l.1.ff.de procurator. cap. qui per aliũ, & cap. potest quis, de regulis juris in* 6. quare ita tenent Navar. *d.cons.*11.*n.*2. quod erat in antiq. *cons.*4. *n.*2. *sub tit. de sum. Trinit.* Petr. de Ledesma *d. cap.*4. *post* 10.*concl.diffic.*6.Azor.*d.cap.*2.*q.*6.Zerola *in praxi Episcop.p.*2. *verb. Fideiprofessio*, Felician. de Vega *in cap pastoralis,n.*7.*de judic.*Joan.Balboa *in c.Ego enim, n.*3.*de jurejur.*Sanch.*d.c.*5.*n.*7. Campan.*d cap.*3.*n.*19. novissimè post primam hujus tract. impressionem visus Anton. Ricc. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ existen.lib.*1. *cap.*13.*n.*21.*cum sequentibus*, Navarr.*in singular.Canonic.concl.*114.*n.*8.*in fine*, Tamburin.*de jure Abbatum,tom.*1.*disp.*8.*q.*3.*n.*11. Jul.Lavor. *d.tom.*1.*tit.*4.*c.*22.*n.*22.Ferentil.*in annot.ad decis.*522. Buratti,*n.*6. Homobon.de Bonis *in consult.& resp qq. moral.p.*1.*resp.*16.*in fine*, Villalob.*in sum.tom.*2.*tract.*1. *diffic...n.*86. Aloys.Ricc. sibi contrarius *p.*4.*dec.*8.Castro Palao *tom.*1.*tr.*4.*disp.*1.*puncto* 19.*n.*10. Joan.Anton.Navar.*in sum.Bullarum,tit.de fidei professione,n.*8. quæ opinio uti verissima est, ita multis stabilitur fundamentis, & in primis probatur ex text. *in c. optatum* 4. *in fine*, 100.*dist.* tum etiam, quia Fidei professio nihil aliud est quàm solemne juramentum, quod tamen constat posse præstari per procuratorem, *c. tibi Domino*,93.*dist.c.metuentes*, ubi gloss. *verb.de præsenti*,17. *q.* 4. tum quia juramentum fidelitatis potest præstari à procuratore, si dominus feudi consentiat, ut colligitur ex *cap.*1.§.*verum,de statu Regul.lib.*6.Roman *sing.* 807.incip.*Habuistis*; tum quia professio Religiosi potest etiam fieri per procuratorem, ut referunt plures Doctor. quos citat,ut sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*5. *cap.*3.*n.*7. quibus adde Barthol.à S.Fausto *in thesauro Relig. lib.* 5. *q.* 217. tum denique, quia Matrimonium, licèt sit Sacramentum, & de sui natura indissolubile, validè tamen contrahi potest per procuratorem, ut probat *cap. ult. de procurat in*6. quod observant stante etiam dispositione Concil. Trident. *sess.*24.*de reform.Matrimon.cap.*1.Sanch.*de Matrim. lib.*2. *disp.* 11.*n.*2. & 19. *cum sequentibus*, Rebello *de obligat. justit.part.*2. *lib.*2. *q.*5. *n.*1. Franc.Molin. *de ritu nupt.lib.*1. *compar.*25.*n.*5. quam quidem sententiam de professione *Fidei* per procuratorem faciendi expressè sequuta est Rota Romana *in una Varmien. Canonicatus*, 13.*Junij* 1608.coram *Cardinal.Sacrato*, refert, & sequitur novissimè Joan.Anton.Massobr. *in suo tract. de Synodo diœcesana, cap.* 40. *dub.*40. ubi ex professo hanc quæstionem examinans,nostram sequitur sententiam ex multis fundamentis per illum latè adductis, contrariisque benè respondet, & præcipuè gratis cumulatis à quodam R. P. Sigismundo à Bononia *de electione dub.* 26. qui parum modestè, ut decet Capuccinum Religiosum, in me invehitur, eo quòd talem sectatus fuerim opinionem; falsò mihi imponens in ea astruenda parvipendere Sacrorum Senatuum decisiones, quibus omnibus respondere in præsentiarum non curo, cùm satis supérque responsum sit per eundem Massobr. *citato loco*.

21 An hæc fidei professio credatur emissa, si pars dicat illam fecisse? Quæstio est præsentis instituti; in qua provisum teneri probare se fecisse Fidei professionem, quando Ordinarius super illa inquirit ex officio, dicunt Nicol. Garc.*d. part.*3.*cap.*3. *n.*48. *cum sequentibus*, Ricciul.*d.cap.*13.*n.*40. Et hanc Fidei professionem emissam credi si pars dicat illam fecisse, dummodo collatio beneficij sit decennalis, resolvunt Flamin. *de resignat. lib.*3. *q.*6. *n.*74. & in propriis terminis Campan. *d cap.*3. *à n.*23. Aloys.Ricc. *in praxi fori Ecclesiast.decis.*681.*in* 1.*edit.& resol.*580.*in* 2.*editione*, me citato *in hoc loco*, Trullench. *d. dub.*8. *n.* 14. Castro Palao *de Fide tract.*4. *disp.*1.*p* 19. *num.* 12.

22 Prædicti omnes provisi, qui à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses dictam Fidei professionem non emiserint, fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur; hæc Concil.Trident. *d. cap.*12. Circa quæ advertendum est,quod Fidei professionem, qui intra dictos menses, ut tenetur, non facit, post illos, quamprimum potest, facere obligatur, quia iste terminus duorum mensium non ponitur ad finiendam obligationem, sed ad differendam exequutionem, ex *reg.cap.cùm dilectus*, ubi Abb. *n.*12.*de dolo & contum & l.Celsus,ff. de receptis arbitr.* Quare ita tenent Navar. *cons.*11.*n.*1.*sub d.tit.de jurejur.*Flamin.*d.q.*9.*à n.*13. Sayr.*sub d. tit. de summa Trinit.decis.*4. Nicol. Garc.*d.p.*3.*cap.*3.*n.*29.& 30. Ricciul.*d.c.*13.*n.*39. Lavor.*d.tit.*4.*c.*22.*n.*6.Tamburin.*d,q.*5.*n* 9. † qui etiam resolvunt, quod professio post prædictos duos menses facta ad fructus temporis præteriti quærendos hujusmodi provisis non prodest, quamvis sic ad quærendos temporis futuri, quia regulariter semel ipso jure perdita non quæruntur: *cap. quam periculosum* 7. *q.*1.*l.qui res*, §. *aream*, *ff. de solution.* Quod quidem est intelligendum de decursis post lapsum duorum mensium, non verò de decursis in ipsis duobus mensibus: nam sive faciant professionem postea; sive nunquam eam faciant, Concilium non privat fructibus decursis illis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis, ut advertit Nicolaus Garcia *d. cap.*3. *n.*31. dummodo faceret primam residentiam; & emitteret Fidei professionem: nam si absens semper fuisset antequam primam faceret residentiam, etiam ex justa causa, cum non emiserit professionem, non potest haberi pro præsente, nec fructus & distributiones lucratur, etiam pro illis duobus mensibus, ut tenuit Rota *in una Oveten. mercedis, Lunæ* 12.*Decembris* 1505.coram *Reverendissimo Domino meo Rotæ Decano*,quæ est impressa post *tr. de distribut.quotidian.Alexandri Monetæ.* † Non potest enim Capitulum habere pro præsentibus Dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emiserunt, ut censuit *Sacra Congregat.* teste Garc. *d. cap.*3. *n.*51. *in fin.*

Et terminus ille duorum mensium datus ad faciendam professionem, non currit proviso, qui non accepit possessionem,quamvis per eum stet quominus illam accipiat, Nicol. Garcia *d cap.*3.*n.*32.Ricciul.*d.cap.*3. *num.*50. ubi *n.*62. dicit quod ad effectum ut incipiant currere prædicti duo menses,non sufficit fuisse adeptam possessionem, sed requiritur possessio pacifica, & *n.*63. credit possessionem dici pacificam ad istum effectum, si sit pacifica cum cura, in cujus exercitio non fuerit statim turbatus de jure, vel de facto, sed in eo steterit sine turbatione per unum, vel duos menses, quamvis illa pacifica possessio deinde non duret continuè.

Verba illa Concilij Trident. *in d. cap.*12. ibi, *nec illis possessio suffragetur*, excludunt provisos quoad fructuum perceptionem, non autem quoad titulum, & perceptionem. Ita Navar. *cons.* 7. & 8. *sub* 6. *tit. de jurejur.* Flamin.*lib.*8.*quæst.*9 *num.*122. Nicol.Garc.*d. cap.*3.*n.*33.Azor.*d.cap.*2.*q.*3.Sanch.*d.c.*5.*n.*8.9.& 12. Ugolin. *d.* §.36.*num.*4. Sayr. *decis.*6. *sub tit. de verb. signif.* Camp. *d. rub.*8. *cap.*3. *n.*17. resolventes prædicta regula de annali teneri non posse ad fructus retinendos, nec longissimam possessionem illis prodesse quoad dictos fructus percipiendos, quamdiù professionem hujusmodi non emiserit, ut censuit *Sacra Congregat.* in decisione relata per Flamin. *d. num.* 122. & Nicol. Garc. *d.cap.*3.*num.*34. & resolvunt Fr.Emman. *in sum. tom.*1. *cap.*119. *num.*7. Ricciul. *d.lib.*1. *cap.*16.*n.*12. Aloys.Ricc.*in decis.Curiæ Archiep.Neapol. decis.* 220. *num.* 11. *part.* 1. & refert Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam in sum. Bullarij, verb. beneficiorum possessio, littera B, in fine, Sacram Congregat. Concilij* censuisse scribendum esse ad Nuntium Hispaniarum, † ei qui professionem Fidei non emisit, possessionem non suffragari quoad faciendos fructus suos tantum; quoad cæteros autem effectus dummodò possessionis, & cæteris juribus, si quæ habet,

bet, non privari; ac aliàs declarasse omissionem professionis Fidei non privare Canonicum aliis possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & jus præcedendi habere à die adeptæ possessionis, nisi aliud obstet, referunt Ricciul. *d lib.1.cap.16.n.10.* Ferentil. *in annot. ad decis. Buratti 522. num.17.* & Rota *in d. Varmien. Canonicatus, 28.Junij 1608.& 4.Febr.1611.* coram *Cardin. Sacrato,* ubi etiam tentum fuit, possessionem adeptam per provisum, qui tenebatur facere Fidei professionem, esse manutenibilem, etiam post tempus præfixum ad faciendam professionem quod novissimè censuit eadem Rota *in Tiburtina Parochialis, 27. Junij 1629.* coram *R. P. D. meo Piroüano.* Unde tales possessores juvari reg. de triennali ad effectum ne possint molestari super titulo, resolvunt Flamin. *de resignat. lib.10. q. ult. n. 4. & 5.* Sanch. *d. cap.5. num.9.* Ricciul. *d. cap.16. num. 12.*

28 Intra dictos duos menses Fidei professionem non emittentes fructus suos non faciunt, ut in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interveniente aliqua sententia, quia Concil. ait, *qui eam omittunt fructus non facere suos:* ergo fructuum jus, & dominium acquirere non possunt. Ita Squillant. *d.p.1.n.98.* Azor. *d.cap.2. in fine,* Nicol.Garc.*d.cap.3.n.35.*Ugolin.*d.§.16.n.4.*Ricc.*d.cap.13.n.43.*Ac probabilius esse, non teneri restituere, donec condemnentur, seu sequatur sententia declaratoria, tuentur Navar. *cons.5. n.2. sub tit. de Summ. Trinit. in prima edit. & cons.12.n.1. sub tit. de jurejur. in secunda edit.* Fr.Emman. *qq. Regu.tom.2. q.72.art.3.* Sanch. *d.cap.5.n.10.* Bonacin.*d. punct.3. §.3. n. 3.* dicens decretum illud Concilij esse pœnale, ac proinde etiamsi pœnam ipso jure irroget, non obligare in foro conscientiæ, Castro Palao *tr. 4. de Fide, disp.1. punct.9.n.16.* Villalob. *in sum.tom. 2. tract.1.diffic.6.n.9. vers. in contrario,* novissimè Trullench. *d. dub.8.n.8.* Omittens Fidei professionem peccat mort. quia Concil.Trident. citato loco utitur gravibus verbis, & infert gravem pœnam. Ita Nicol.Garcia *d.cap.3.n.56.in fine.* Squillante *d.p.1.n.95.*Sanch. *d.lib.2.cap.5.ante num.2.* Ricciul.licèt dubius *d.lib.2. cap. 16. num. 1.* Homobon. de Bonis *in consult. seu quæst. moral. part.1. resp. 16.*

29 Verùm si per ignorantiam, incogitantiam, vel inadvertentiam non fecerunt Fidei professionem intra prædictos duos menses, quamvis in foro exteriori non excusentur, quia est ignorantia Juris clari, in foro tamen interiori, & quoad Deum excusantur, ita ut ad restitutionem fructuum in foro conscientiæ non obligentur, quia hujusmodi lex justè ignorari, vel saltem memoria excidere potest, & ubi quis contra legem præcipientem, vel prohibentem aliquid fieri, sine culpa facit, pœnam non meretur. Quare ita resolvunt Fr. Emman. *d. cap.119.n.7. in secunda edit.* Navarr. *consil.4. n.3. & consil.7. n. 2. & consil. 11. num. 3. & consil.12.n.2.sub tit.de jurejur. in novis.* Azor. *d. c.2. q.2.* Flamin. *d lib.10. q.9. n.8.cum seq.* Læl. *de repub. Ecclesiast. tit. de benefic. & pension.cap.9.n.3. vers.requiritur etiam,* Sanch.*d.cap.5.n.13.*Nicol.Garz.*d.c.3. a n.66.* Aloys.Ricc. *d.decis.220.n.8.part.1.* Ugolin.*d. §.16. n.5.* Prosper.de Augustin. *ubi proximè,vers.inter alia,* Sorb. *in compend. Mendicant. verb.professio Fidei, not.2.* Molina *de Justit. tract.4. disp.71.* Ricciul. latè distinguens *d. lib.1. cap.13. num. 4.* Villalob. *d. diffic.6.n.8.* me citato *in hoc loco,* Trullench. *d.dub.8. num.12.* Squillante *d. p.1. n.100.* Homobon. de Bonis *de exam. Eccles. tract.15. cap.8. q.25. resol.1. & 2. & d. p.1.res.16.* Bonacina *d. punct.4. §.4. num. 1.*

30 Distributiones tamen hujusmodi provisi, quamvis provisionem non emiserint, acquirunt, & faciunt suas, quoniam dantur ratione ministerij, & operæ personalis. Ita resolvunt Azor. *d.cap.2.quæst.3.*Stephan. Gratian. *disceptat. for.cap.166.n.22.* Alex.Moneta *de distribut. quotid. p.1. q.6.& 7.* Squillante *d.p.1.n.99.* Navarr. *in sing.Can.conc.115.n.3.* novissimè Stephan. Uveyms *ad Constitut. 24. ex antiquo Jure desumptas, & per Concil.Trident.innovatas,const.3.n.21.*Bonacin. *d. §.3. n.2.* & *Sacram Congregat.* sic censuisse referunt Ugolin.*d.§.16.n.5. versic.secundò.* Prosper.de Augustino *ubi proximè,* Gonzalez *ad regul.8. Cancell. §.6. proœm. n.170.* Aloys.Ricc. *collect. decis. collect.1451. vers.infertur sextò,& in decis.Curiæ Archiepisc.Neapol.decis.112.p.4.* Galet.*in margarita casuum conscien. verb. profiteri 2.* me citato *in hoc loco,* Trullench. *d. dub.8.n.9.* Nicol.Garcia *d.cap.3.n.60.* Camp. *d.cap.3. n.18.* Rota *in Varmien. Canonicatus, 28. Aprilis, 13. Junij, & 4. Februar.1611.* coram *Illustriss. Cardinal. Sacrato,* Ricciul. *d. cap.13. n.51.* ubi *n.55.* observat quod quando beneficium, seu Canonicatus non haberet aliquos fructus, sed emolumenta omnia consisterent in distributionibus quotidianis, tunc ut pœna addicta per Concil. *d. cap.12.* possit in aliquo verificari, debet intelligi de distributionibus.

Ex dictis opportunè quæri poterit, cui sint assi- 31
gnandi, & applicandi fructus amissi ob non factam professionem Fidei, cum id Concilium non determinet? Respondebitur eos posse impendendos vel in usus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ, sicut fructus eorum, qui non resident, per Concil. *sess. 23. de reformat.cap.1.vers.si quis autem.* Ita Azor.*d.cap.2.q.3.* Ugolin. *d. §.26.n.4.in fine,* Sanch.*d.c.4.n.10.ad finem;* & loquendo de Parochis firmant Fusch. *de visitat. l.2. cap.13.n.4.* Zech. *de beneficiis,& pensionibus, cap.13. n.4. versic. quod si Parochiales,* Flamin. *d. lib.10. q.9. num.123.& 124.* Nicol.Garcia *d.part.5.cap.3.num.36.* In Dignitatibus verò habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa Capitulari, videtur quod amissi ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij, per Concil. Trident. *sess.22. de reformat. cap.3.* resolvit idem Nicol.Garcia *d. cap.30. num.30.* At in Canonicis, & Dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, videtur amissos ob non factam Fidei professionem ad Capitulum spectare, sicut fructus non residentium, aut excommunicatorum: idem Garc. *d. cap.3.num.40.* ubi *à numer. 42.* dicit quod debens fructus non posset se componere cum Capitulo, soluta aliqua parte, & à *n.53.* refert *Sacr.Cardinalium Congregationem* censuisse Ordinarium non posse condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem, me citato *in hoc loco;* Trullench. *d. dub.8. num.15.*

ALLEGATIO LXII.

Episcopus an possit dispensare, ut quis plura beneficia simplicia habere possit.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia simplicia plura obtineri non possunt, sed unum tantum singulis conferendum, vel ad summum duo, quando primum ad honestam non sufficit sustentationem.*

2 *Beneficia simplicia obtinens ultra unum, quod sufficiat ad honestam sustentationem, peccat mortaliter.*

3 *Beneficij secundi sufficientis habita possessione, vacat primum sufficiens per sententiam, nisi sit magna beneficiorum coacervatio, quia tunc vacabit ipso jure.*

4 *Beneficium simplex insufficiens habenti, quod residentiam non requirat, licet aliud Curatum conferre.*

5 *Episcopus potest secundum beneficium conferre illi,*

cui primum ad eum honestè sustentandum non sufficit.

6 *Beneficia duo simplicia, quando unum sufficit ad vitam clerici commodè sustentandam, ex indulgentia, & auctoritate Episcopi nullus potest habere.*

7 *Beneficium potest Episcopus conferre habenti jam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem.*

8 *Consuetudo ut possint retineri duo, vel plura beneficia simplicia, quorum ad victum sit unum sufficiens, non est servanda.*

9 *Consuetudo Hispaniæ non tuta judicatur in conscientia, secundum quam Ordinarij conferunt uni plura simplicia, quamvis unum sit sufficiens ad congruam sustentationem.*

10 *Beneficia duo, tria, aut plura simplicia quando non sufficiunt ad honestam sustentationem, potest de stylo Curiæ aliud simplex illa obtinenti conferri, si nec commodè Clericum alant.*

11 *Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens, quod dicatur, ostenditur.*

12 *Dispensare non potest Episcopus, ut quis duo simplicia beneficia uniformia, sive similia, sub eodem tecto possit obtinere.*

13 *Beneficium uniforme sub eodem tecto quando dicatur ad inducendam incompabitilitatem, remissivè.*

14 *Beneficium situm in Capella, claustro, cœmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ, censetur esse in eadem Ecclesia.*

15 *Dispensatus ad duo beneficia, nequaquam censetur dispensatus, ut illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expressè fuerit dictum.*

16 *Beneficium primum simplex vacat ipso jure, ubi secundum simile adipiscitur in eadem Ecclesia.*

17 *Beneficia duo simplicia sub eodem tecto, si sint disformia, possunt ex dispensatione Episcopi obtineri, dummodo unum sufficiat ad vitam clerici.*

18 *Papa solus dispensat super pluralitate Dignitatum, Personatuum, Canonicatuum, & Curatorum beneficiorum.*

19 *Canonicus obtinens Dignitatem sine Apost. dispensatione perdit Canonicatum.*

20 *Dignitas etiam sine prabenda est incompatibilis sub eodem tecto cum Canonicatu.*

21 *Dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine possunt obtineri, cum utriusque quotidianis distributionibus, & duplici voce in Capitulo.*

22 *Sacra Rota Rom. decisio* in una Oriolen. Canonicatus, 11. Januarij 1619. *coram R. P. D. Remboldo*, refertur.

23 *Dignitatem, & Canonicatum obtinens, vel duo beneficia, aliàs inequalia ex dispensatione, vel consuetudine residere debet in digniore.*

24 *Statutum in quo disponitur, quod quilibet sedeat in propria sede, aliàs perdat Horam, intelligi debet de obtinentibus unum beneficium, & unam sic sedem.*

25 *Vota duo debentur in Capitulo, quando Dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine obtinentur.*

26 *Hæc duo quando concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit jus dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces.*

27 *Consuetudo est stricti juris, & non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.*

28 *Beneficij primi requirentis residentiam inducitur vacatio ipso jure per adeptionem secundi pacificè possessi.*

29 *Canonicatus duos simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & ultra detinens, utroque ipso jure est privatus, itaut ex regula de triennali se defendere non possit.*

30 *Dispensatio ad plura beneficia ex cursu decem, vel viginti annorum, in dubio præsumitur.*

31 *Dispensatio circa beneficiorum pluralitatem intelligitur de duobus primis beneficiis, & an procedat quando duo priora beneficia, qua quis ex dispensatione obtinebat, cum aliis permutantur, ostenditur*, num. 32.

33 *Doctores referuntur tractantes de materia incompatibilitatis beneficiorum.*

PLURA simplicia beneficia obtineri non possunt, sed unum tantum singulis conferendum est, quod quidem si ad vitam ejus, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, licitum est nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodò utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, ut habetur in Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 17. de cujus materia & intellectu agunt Navarr. *in man. cap.* 23. *n.* 123. *& de horis Canon. cap.* 22. *n.* 52. *& cons.* 14. *in antiq.* aliàs *cons.* 11. *in novis, sub tit. de prabendis*, Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 48. aliàs 49. *littera C, verb. quamvis simplicia*, Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 31. *n.* 2. *&* 6. Veg. *in summ. p.* 1. *c.* 36. *casu* 25. *& duobus seqq.* Flamin *de resignat. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 125. *cum seq.* Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *post princ. & lib.* 5. *c.* 19. *vers. consuetudo qua quis in eadem Ecclesia, & p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *quæs.* 4. *& c.* 8. *quæs.* 6. *& c.* 9. *quæs.* 3. *cap.* 10. *quæs.* 4. *& c.* 11. *quæs.* 23. Petr. Ledesma *in summ. p.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *conclus.* 12. *diffic.* 5. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 2. *verb. incompatibilia*, §. 2. Ludov. Beja *resp. casuum conscient. part.* 4. *casu* 26. Cardin. Tusch. *tom.* 1. *littera B, concl.* 61. Molfes. *in summ. moralis Theologiæ, tract.* 6. *cap.* 9. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 236. *p.* 4. ubi multa ex hoc loco, me non citato, desumpsit, novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccl. cap.* 48. *à n.* 57. Massobr. *in praxi habendi concursum requis.* 7. *dub.* 16. 17. *&* 18. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. tract.* 3. *n.* 283. Fusch. *de visitat. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 8. Nicol. Garcia *de benefic. part.* II. *c.* 5. *n.* 268. *cum sequentibus*, Ugolin. *de potestate Episcopi, c.* 14. §. 2. Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.* 4. *tit.* 7. *de benef. incompatib. à n.* 30. Et loquitur Concil. etiam de Cardinalibus, Flamin. *d. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 116. Ugolin. *d.* §. 2. *n.* 1. *in fine*, Aloys. Ricc. *d. Neapol. decis.* 236. *num.* 2. *p.* 4. Cujus dispositioni † si quis contra facere intenderit, mortiferè peccabit, & vivet in statu damnationis, glos. *verb. retinere, in fine, in cap. dubium, il secundo, de elect.* post Navar. Hojed. Bertach, & alios tenet Flamin. *d. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 118.

Nam habita possessione secundi beneficij sufficientis vacat primum sufficiens, referunt decisum Nicol. Garcia *d. cap.* 5. *n.* 283. *in* 2. *declarat.* Armendar. *d. loco, n.* 30. non tamen ipso jure, Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 138. *in fine*, sed cogendum esse per sententiam alterum eorum relinquere, ut observat Navarr. *cons.* 27. *in antiq.* aliàs 13. *in novis, sub tit. de prabend.* Rot. *decis.* 474. *p.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 100. *in fine*, quia sacrum Concil. Trident. non inducit nullitatem adeptionis, sed incompatibilitatem respectu retentionis, Mohed. *decis.* 14. *de prabend.* D. Duran. *decis.* 248. *n.* 8. nisi sit magna beneficiorum coacervatio, quia tunc fit vacatio ipso jure, Flamin. *l.* 3. *q.* 1. *n.* 142. quæ dicitur magna beneficiorum multitudo.

Et quamvis Concil. dicat *aliud simplex sufficiens*, non tollit † quin habenti beneficium simplex insufficiens, quod residentiam non requirat, liceat conferre aliud Curatum, &c. solùm enim est vis in eo, quod utrumque personalem residentiam non requirat, Hojed. *p.* 2. *cap.* 2. *n.* 1. *in fin.* Nicol. Garc. *d. part.* II. *cap.* 5. *num.* 304.

Dum igitur Sacr. Concil. Trid. habenti unum beneficium ad honestè sustentandum eum, qui illud habet, permittit aliud simplex conferri, ad Episcopum id spectare clarè demonstrat; quia quando Canon permittit

mittit aliquid fieri, & personam non præscribit, ad Episcopum id pertinere ostendit, juxta resoluta suprà *allegat.* 33. *n.* 21. Quare Episcopum habenti unum simplex beneficium, quod non sufficiat ad ejus sustentationem, posse aliud conferre declaravit *Sacra Congregat.* prout referunt Ugolin. *d.* §. 2. *n.* 2. Læl. Zech. *de Repub. Ecclesiast. tit. de beneficiatis, ad finem,* Nicol. Garcia *d.cap.*5. *num* 310. *in prima declar.* Armendar. *dicto loco, n.*32. *& seq.* & novissimè Marcel. Vulpe *in d.praxi, cap.*48 *n.*58. *propè fin.* Massobr. *in praxi habendi concursum, requis. dub.*16. secundùm Romanam
6 impress. † Unde indulgentia, & auctoritate Episcopi neminem posse habere duo beneficia simplicia, si unum illorum sufficiat ad vitam clerici commodè sustentandam, nec plura ultra duo, etiamsi ambo ad victum non sufficiant, resolvunt suprà citati, & præcipuè Azor. *d.cap.*9. *quæst.*3. & plures per Nicol. Garcia *d.cap.*5. *à num.*371. Hic si Ordinarius conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia aliàs ad sustentationem insufficientia, collatio tertij est valida, sed si tertium sit sufficiens, vacant illa duo priora beneficia; sin minus, tenetur provisus dimittere alterum ex illis; & si continuaverit possessionem amborum, recipiendo ex eis fructus, utrumque beneficium vacat, prout decisum referunt Nicol. Garc. *d. cap.*5. *n.*310. *in* 1. *&* 2. *dub.* Ugolin. *d.* §. 2. *n.* 2. *vers. tertiò,* Armendar. *d. loco, num.*37. *dub.*1. *&* 2. *& in eorum respons.* Verùm cùm in Sacra Congregatione Concilij Trident. hoc præsenti anno ventilaretur dubium, si Episcopus conferat tertium beneficium simplex, & insufficiens habenti jam pariter duo simplicia insufficientia, an vacet primum, vel eorum ultimum. Semel, bis, & iterum propositum, *sub die* 13. *Novembris* 1627. censuit vacare primum.

7 Poterit tamen conferre beneficium alicui habenti jam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem, ut tenent Azor. *d. p.*2. *lib.*8. *cap.*10. *q.*8. *& cap.*12. *q.*9. Gonzal. *ad regul.*7. *Cancell. gloss.*5. §.5. *à n.* 14. referunt decisum Nicol. Garc. *d. cap.*5. *n.* 310. *vers.*4. Armendar. *d. loco, num.*37. *in fine.*

8 Ordinarius tamen, si conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia aliàs ad sustentationem sufficientia, collationem tertij esse validam, sed si tertium sit sufficiens, vacare illa duo priora beneficia, sin minus, teneri provisum dimittere alterum ex illis, & si continuaverit possessionem amborum recipiendo ex illis fructus, utrumque beneficium vacare, referunt decisum Ugolin. *d.* §. 2. *num.*2. Nicol. Garc. *part.*11. *cap.*5. *n.*310. *in* 1. *&* 2. *declar.* Armendar. *d. loco, n.*37. *dub.*1. *&* 2. Ordinarium posse conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens juxta suum verum valorem, & honestam ipsius possidentis sustentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum, dummodò provisus post collationem sibi factam non consenserit pensioni, asserunt resolutum Nicol. Garc. *d. cap.*5. *n.*310. *in* 3. *dub.* Armend. *d. loco, n.*37. *in* 3. *dub.* Massobr. *d. req.*7. *dub.*17.

9 Procedit supradicta resolutio, quamvis communiter observetur, ut retineantur duo, ver plura beneficia simplicia, etiam quod ad victum sit unum sufficiens, ut resolvunt Hojed. *de incompatib. benefic. p.*1. *cap.*19. *n.*1. *in fine.* Flamin. *d. lib.*3. *q.*6. *n.*191. cùm hujusmodi communis observantia non excuset retinentem plura simplicia beneficia, quorum unum est sufficiens, à peccato mortali. Hojed. *d. cap.*19. *n.*8. Bertach. *verb. beneficiorum sufficientia,* Flamin. *ubi proximè*: tum quia consuetudo hæc est contraria Juri naturali, & juribus; tum quia consuetudo non excusat à pœnis æternis divinis, licèt excusare possit à temporalibus; D. Antonin. 2. *part.* 3. *tit. cap.*1. Tiraq. *de pœnis temp. cap.*42. *n.*4. *cum seq.* Unde † non tutam judico Hispaniæ consuetudinem, ubi refert Nicol. Garc. *d. cap.*5. *num.* 323. usu receptum esse posse, Ordinarios conferre uni plura beneficia etiam ultra duo, quamvis unum sit sufficiens ad congruam sustentationem; & *num.* 331. testatur suo tempore in hac Curia per aliquos Hispanos fuisse factas aliquas interpretationes de hujusmodi beneficiis simplicibus per Ordinarios provisis, quæ licèt fuissent signatæ, tamen ad instantiam Regis Philippi II. & ejus Oratoris, non fuerunt ad effectum perductæ, refert novissimè Salgad. *de supplicat. ad Sanctissimum à litteris Apostol. part.*1. *cap.*2. *num.* 134.

De stylo tamen Curiæ, ubi duo, tria, aut quatuor 10
beneficia simplicia non sufficiunt, potest aliud simplex conferri, donec omnia simul commodè clericum alant, ac sustentent, eo quòd idem juris esse videtur, cùm tria, quatuórve beneficia sufficiunt, ac quando unum non sufficit, tum quia Pius IV. Pius V. Gregorius XIII. & sequentes Summi Pontif. concesserunt sæpius uni Beneficiato plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, & nunc per S.D.N. Gregorium XV. conceduntur, refert, me non citato, Aloys. Ricc. *dict. Neapol. decis.*236. *n.*5. *p.*4. & docent Hojed. *p.*2. *cap.*1. *à num.*3. Azeved. *consil.*2. *num.*1. Cened. *ad Decretal. collect.*150. *n.*2. Flamin. *d. lib.*3. *q.*1. *num.*141. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.*11. *q.* 8. Perez de Lara *de Capellan. lib.*2. *cap.*7. *n.*12. Zerol. *in praxi Episcop. p.*1. *verb. beneficium,* §.7. *concl.*2. & refert Moscon. *de majest. milit. Eccles. lib.*1. *p.*3. *cap.*3. *pag.*452. *in fine,* quod hodie de consuetudine non datur dispensatio ad plura beneficia simplicia, sed Prælati inferiores videtur quod conferre possunt, & de facto conferunt nulla habita ratione, an sint pinguia, vel tenuia, quæ secundum ea, quæ habentur in Concil. *d. cap.* 17. non satis laudabilia sunt, refert Aloys. Ricc. *d. Neapol. decis.*236. *num.* 5. *part.* 4.

Utrum autem dispositio Concil. Trident. *dicto cap.* 17. prohibentis Episcopo conferre uni ultra duo beneficia, locum habeat in beneficiis juris patronatus, Negat Lambert. *de jure patron. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *art.* 15. *num.* 15. asserens universalem observantiam, & praxim esse, ut Episcopi instituant præsentatos à patronis, tametsi tertium, & quartum habeant beneficium, attestans etiam se fuisse institutum in triginta septem beneficiis, quorum maxima pars erat patronatuum laïcorum & clericorum, quorum 130. de Camera, refert & sequitur Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.*7. *dub.* 18. & dicit decisum Armendar. *d. loco, num.* 57. & videtur firmasse Rota coram D. Duran. *decis.*228. *num.*12. Quamvis decretum illud Concilij locum habere in beneficiis juris patronatus, nisi caveatur in fundatione, ut simul cum aliis retineri possint, dicat Nicol. Garc. *de benefic. p.*11. *cap.*5. *num.*286. quod tamen video declaratum *in una Bovenen.* 13. *Novembris* 1617. dum ibi dicitur, beneficium tertium simplex etiam de jure patronatus non posse retineri cum duobus aliis prius obtentis absque Sedis Apostol. dispensatione, hujusmodíque priora beneficia post pacificam possessionem tertij vacare eidem Sedi Apostol.

Nunc autem ad declarationem Concil. Trident. 11
citata *sess.*24. *de reformat. cap.*17. videndum est, quod dicatur beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad congruam sustentationem? Et quia hoc non est à Jure definitum, & sub certa regula comprehendi non potest, cùm illud, quod respectu unius dicitur magnum, respectu alterius dicatur parvum; vera, & recepta 81
sententia tenet hoc relinqui arbitrio judicis paulò plus, vel minus æstimandum, per reg. *l.*1. *ff. de jure deliber. & cap. de causis,* §. *illis etiam, de offic. delegat.* consideratis considerandis, qualitate scilicet personarum, locorum, & temporum, Flamin. *lib.*5. *q.*6. *num.*31. *& seq.* Zerol. *in praxi Episc. part.*1. *verb. beneficium,* §.7. *concl.*8. *princ.* Navar. *de orat. misc.*62.

Gonzal.

Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.*15. *n.*59. Reginald. *d. tract.* 3. *n.* 285. remissivè Nicol.Garc. *d.cap.*5. *n.*320. Menoch. *de arbitr.casu* 216. Massobr. *in praxi habendi cõcursum, requis.*7. *dub.*14. *cum seq.* Prosper. de August. *in addit. ad Quarantam in sum. Bullarij, verb. beneficiorum resignationes, causa octava,* ubi etiam resolvit, quod in judicanda beneficij sufficientia non debet haberi ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij, faciunt quæ Ego ipse dixi suprà *alleg.*19. *à n.* 8.

12 Advertendum etiam est Episcopum non posse dispensare, ut quis duo simplicia beneficia uniformia, sive similia sub eodem tecto, id est, in eadem Ecclesia, possit obtinere, *gloss. ult. in Clem. fin. de præbendis,* Abb. *in c. litteris, n.*3. *&* 6. *de concessione præbendæ,* Flamin. *lib.*3. *q.*1. *n.*123. Azor. *d. lib.*3. *c.*50. *q.*6. *& lib.*6. *cap.*11. *q.*4. *& cap.*12. *q.*6. plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *d. p.*11. *cap.*5. *n.*185. quamvis Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. benefic.* §.7. *concl.*6. quem videtur sequi Perez de Lara *de anniversi & Capell. lib.*2.

13 *c.*7. *n.*13. asserat, quod † hodie per decretum Concil. *d. cap.*17. potest quis habere duo beneficia conformia sub eodem tecto, modò sint simplicia, & non requirentia personalem residentiam, nec sufficientia.

14 Quando autem dicatur beneficium uniforme sub eodem tecto quoad propositum, & ad inducendam incompatibilitatem, tradunt Navar. *cons.*16. *de præbend. in novis*, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell. gloss.*10. *à n.* 32. Ni-

15 col. Garc. *d. cap.*5. *n.*259. ubi resolvit, quod † beneficium situm in capella, claustro, cœmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ, censetur esse in eadem Ecclesia. Jura enim abhorrent, ut in eadem Ecclesia, & sic sub eodem tecto quis obtineat duo beneficia, Flamin. *d.*

16 *q.*1. *n.*122. ubi *n.* 25. † resolvit, quod dispensatus ad duo beneficia, nequaquam censetur dispensatus ut illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expressè fuerit dictum, quamvis in dispensatione adsit clausula, *Motu proprio.* Et ubi primùm clericus in eadem Ecclesia secundum beneficium simile adipiscitur; vacat primum ipso jure, *cap. litt. de concess. præb.* Navarr. *cons.* 27. *in antiq.* aliàs 13. *in novis, sub tit. de præb.* Staph. *de gratiis expect.* §.3. *form. n.* 8. Azor. *d. p.*2. *lib.*7. *cap.* 19. *q.* 10.

17 Verùm si hujusmodi duo beneficia simplicia sint difformia, etiam quod sint sub eodem tecto, possunt ex dispensatione Ordinarij retineri, dummodò unum non sufficiat ad vitam clerici, gloss. *in cap.*1. *de consuetud. in* 6. Navar. *cons.*18. *n.*1. *de præb.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis, tract.*6. *cap.*9. *n.*46. Azor. *d. p.*2. *lib.*3. *cap.*50. *q.*6 *& lib.*6. *c.*11. *q.*2. *&* 4. *& c.*12. *q.*6. *& cap.* 1. *q.* 6. & dicit decisum Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.*2. *cap.*8. *n.*55. quæ dispensandi facultas Jure communi Episcopis competens per Concilium sublata non fuit. Nec obest *cap.*4. *sess.*7. *de reformat.* quia ibi Concilium solum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam Sacrorum Canonum quis recipere, ac simul retinere præsumpserit: unde non prohibet retentionem beneficiorum aliàs incompatibilium in casu à Jure permisso; & sic ubi Episcopus posset de jure dispensare, &c. quare censuit *Sacr. Congreg.* Episcopum ex causa posse dispensare, ut quis retinere possit duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodò quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem provisi, referunt Nicol. Garcia *d. cap.*5. *num.*377. Armend. *d. loco, num.* 8.

18 Super pluralitate verò Dignitatum, Personatuum, Canonicatuum, ac Curatorum beneficiorum nunquam dispensat Episcopus, sed solus Papa. Ratio est, quia Episcopus dispensare non valet contra Concilij generalis constitutionem, ex gloss. recepta *verb. cùm se facultas obtulerit, in cap. dilectus* 19. *de præb* Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ad plura beneficia, num.*29. Covar. *de sponsal. part.*1. *cap.*6. §.10. *num.*11. & constat pluralitatem beneficiorum obviare Constitutioni Concilij Lateranensis, de qua *in cap. quia nonnulli, de cleric. non resid.* ergo, &c. quare Episcopi dispensationem circa pluralitatem beneficiorum non sufficere, tenent gloss. *verb. per sedem, in cap. de multa, de præb. & verb. absque dispensatione, in cap.*1. *de consuet. lib.*6. *& verb. sui beneficij, in cap. Ordinarij, de officio Ordin. eodem lib. & verb Apostolicæ Sedis, in cap. non potest, de præb. eodem lib.* plures refert Doctores Nicol. Garc. *d cap.*5. *n.*337. Rot. *in una Leodien. Canonicatus,* 5. *Junij* 1610. coram *R. D. meo Coccino,* impressa per Farin. *decis.*310. *n.*1. *p.*2. *recent.* ubi etiam tentum fuit quod retinens beneficia plura incompatibilia ipso Jure illis privatus remanet, etiam quod non habeant curam, sed solùm residentiam, absque alia monitione.

Utrùm autem plures Ecclesiæ Curatæ possint simul 19
retineri ex dispensatione Episcopi, causâ saltem utilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ, si adeò tenues sint, ut singulæ proprium non possint Sacerdotem alere? Affirmativam sententiam probat text. *in cap. eam te, de ætate & qualit. & in cap. unico, in fine,* 10. *q.* 3. ubi gloss. *verb. committatur,* gloss. *in sum.*21. *q.*1. Sot. *de Justit. lib.*3. *quæst.*6 *art.*3. *vers. primus casus,* Joan. de Lignano *de pluralit. benef. in princip.* Hojed. *de incompatib. benef. p.*2. *cap.*5. *à princip.* Alphons. Glossator antiquus *ad reg.*52. *Cancell. de dispensat. ad duas Parochiales, statim in princip.* † Cùm enim clericus infer- 20
viens Ecclesiæ de ipsius redditibus debet sustentari, *cap. cum secundùm de præbend.* & una Ecclesia non sufficiat ad hujusmodi sustentationem, meritò duæ assignari possunt. Verùm licèt hæc sententia in puncto Juris communis defendi posset, contrarium tamen verius esse, ex nova Concil. Trid. dispensatione, ac S. Congregationis declaratione, censuit Rota *in Leodien. Canonicatus,* 5. *Julij* 1610. coram *Reverendissimo D. meo Coccino,* impressa per Farin. *decis.*310. *n.*4. *p.*2. *recent.* ubi non obstante exiguitate distantiæ, & tenuitate fructuum Parochialis & Canonicatus, quos quidam ex dispensatione Episcopi possidebat, tentum fuit cadere sub incompatibilitate, & si utrumque retinere pergeret, esse utrumque ipso jure absque alia admonitione privatum, refert Joan. à Cochier *in comment. ad regul.*52. *Cancel. à n.*4. *pag.*477. *cum seqq.* Ex quibus
† Canonicum obtinentem Dignitatem sine Apostolica 21
dispensatione perdere Canonicatum censuit *Sacr. Congreg.* apud Nicol. Garc. *d. cap.*5. *n.*244. Armend. *d. loco, n.* 24. & tenuit Rota Romana coram Seraphin. *decis.* 1298. Et dignitas etiam sine præbenda est incompatibilis sub eodem tecto cum Canonicatu, ut tenuit Rota *in una Lucana beneficij,* 4. *Novembris* 1579. coram *Cardinale Seraphino,* quæ est inter ejus decisiones impressa *decis.*420. ubi etiam quod dispensatio de retinendo Archipresbyteratum cum Canonicatu, non facta mentione de præbendi illius, dicitur subreptitia, si præbendæ sint incompatibiles. Ex privilegio tamen, vel consuetudine in una Ecclesia quis duplici officio fungi potest, ut sit Thesaurarius, Canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quia obtinet eas diverso jure, cum inter Dignitates suppleat numerum Canonicorum, nec egeat substituto. Ita declaravit Sacra Congregatio, prout referunt Nicol. Garc. *d. cap.*5. *n.*245. Armend. *d. loco, num.* 25. Nec hujusmodi consuetudini derogatum fuisse per Concil. Trident. *sess.*24. *de reform. cap.*17. decidit eadem *Sacra Congreg.* apud Nicol. Garc. *d. c.*5. *n.*246. *cum seqq.* Armend. *d. loco, num.*26. Unde S. Rota Romana *in Oriolen. Canonicatus,* 10. *Julij* 1619. coram bonæ mem. *Remboldo,* censuit quotidianas distributiones deberi ratione Dignitatis & Canonicatus: & per consequens eadem Rot. *in d. Lucana benefic.* coram *Cardinale Seraphino,* tenuit posse Archipresbyterum habere vocem, non solùm ratione præbendæ, sed etiam ratione Dignitatis, quando simul retenti sunt, vel ab erectione, vel

de

deconsuetudine, vel ratione præscriptionis, aut Apostolica auctoritate novissimè hoc tenuit eadem Rota Romana in sequenti decisione.

R. P. D. REMBOLDO.

Decisio in causa Oriolensi Canonicatus.

Veneris 11. *Ianuarij* 1619.

22 PRoposito dubio, quæ Sedes, & quot vota debeantur D. Thomæ obtinenti auctoritate Apostolica Dignitatem Archidiaconatus, & Canonicatum in eadem Ecclesia, Domini, altera parte sæpius citata non comparente, in omnibus ad ejusdem D. Thomæ favorem responderunt, videlicet *ipsi deberi sedem Archidiaconi, & duo vota.*

23 Nam quoad sedem, certi juris videbatur, quod obtinens Dignitatem: & Canonicatum, vel duo beneficia aliàs inæqualia, ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori, juxta not. per Abb. *in cap. extirpandæ, §. qui verò, n.5. de præb. in 6. cap. non potest, §. illud, n.*11. & *ibi* Franch. *n.5. eodem tit. in 6.* & fuit dictum *in Seguntina Præcedentiæ,* 17. *Martij* 1613. coram *R. P. D. Ubaldo sen.*

24 Neque huic Juris dispositioni refragari visum est statutum, in quo disponi dicitur, quod quilibet sedeat in propria sede, aliàs perdat horam. Quia præterquam quod D. Thomas satisfacit statuto residendo in Sede Archidiaconi, cùm illa sit propria ipsius sedes, ut ex supradictis apparet, dictum etiam statutum intelligi debet de obtinentibus unum beneficium, & sic unam sedem tantummodò; non verò de obtinentibus ex dispensatione, seu consuetudine duo beneficia, & per consequens duas sedes, quia cùm isti naturaliter in utraque sedere non possint, virtualiter, & civiliter residendo in alterutra, satisfaciunt utrique, ad trad. per Felin. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, num.* 16. *vers. fallit secundò, de judic.*

25 Quo verò ad vota, pariter dubitatum non fuit, quin unum dicto D. Thomæ, uti Canonico debeatur, alterum verò uti Archidiacono, juxta receptissimam Doctorum sententiam, *cap. cùm olim, de re jud.* ubi omnes, & præcipuè Abb. *num.*2. Felin. *n.* 2. tradunt,
26 quòd si † duo Jura concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit jus dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces, quia censetur jure diversorum, & quod hæc sit communis, & verissima opinio, testatur post alios Covarr. *variarum resolut. cap.*13. *n.6. post med. lib.*3. & dicit Rota *in Sen. Archipresbyteratus,* 23. *Junij* 1606. coram *Illustrissimo Cardinale Lancelloto.* Hactenus decisio.

27 Postea in alia decisione super hac causa, & coram eodem *Luna undecima Martij* 1619. Domini steterunt in decisis, non obstante articulata consuetudine contraria in aliis Ecclesiis partium Hispaniarum, quia consuetudo cùm sit stricti juris, Bald. *in authent. si quas ruinas, in* 1. *col. C. de sacros. Eccles.* Castrens. *cons.*340. *ad fin. versic. superest.* Navar. *cons.*554. *n.*26. non extenditur de loco ad locum, quemadmodum nec de persona ad personam, *l.*3. *§. sequitur hoc interdicto,* & *ibi* Bart. *ff de itin. actuq. privato.* Dec. *consil.*483. *num.*22. Natt. *cons.*555. *sub n.*5. Menoch. *consil.*163. *num.*10. *& remed.*5. *retin. n.*563. Mascard. *de probat. conclus.*423. *n.*12. *&* 13. Seraphin. *decis.*1559. *num.*6. Nam ubi jus est certum, illud attenditur, & in defectum dicti juris, particularis consuetudo, & hac demùm etiam deficiente, consuetudo aliorum locorum, ut post alios tradit Innoc. *in cap. fin. sub n.*8. *vers. item, & n.*9. *de officio Archidiac.* Mohed. *decis.*3. *n.* 2. *de decim.* Advertendum in hac re duxi *Sacram Congregat.* censuisse, obtinentem Canonicatum, cui post Concilium munus sit injunctum Pœnitentiarij, non posse in eadem Ecclesia una cum dicto Canonicatu obtinere Dignitatem in vim consuetudinis Ecclesiæ permittentis Canonicum posse retinere Canonicatum cum Dignitate: referunt Salzed. de Mendoza Pœnitentiarius Ecclesiæ Toletanæ *§.*3. *cap. fin.* Nicol. Garcia *in addit. ad summ. tract. de benef. p.*11. *cap.*5. *numer.*249. Item non posse ex consuetudine retineri Dignitatum cum Portione, pro qua teneretur subire servitia inferiora. censuit Rota *in Gienen. Portionis,* 5. *Junij* 1613. coram *Ubaldo sen.*

Per decretum Concilij Tridentini *d. sess.*7. *cap.* 4. 28
juxta dispositionem *cap. de multa,* in beneficiis requirentibus residentiam, aut aliàs quocunque modo incompatibilibus, etiamsi Canonicatus sint, inducitur vacatio primi ipso jure per adeptionem secundi pacificè possessi: referunt decisum Nicol. Garcia *dict. cap.*5. *num.*84. *in 6. declarat.* Armendar. *dicto loco, num.*17. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decis.*393. *in prima edit. & resol.*332. *num.*12. *in secunda edit.* Unde per assequutionem Scholastriæ vacasse ipso jure Portionem, quam de Scholastria provisus in eadem Ecclesia obtinebat, respondit *Sacra Congregat.* quam sæpe sequuta est Rota, & signanter *in Zamoren. del Toro,* 18. *Martij* 1598. coram *Orano, & in Gienen. Portionis.*

Et Canonicatus duos simul absque dispensatione 29
Apostolica per triennium, & ultra detinens, utroque ipso jure est privatus, Garcia *dict. cap.*5. *num.*381. *in tertia declaratione,* Armendariz *d. loco, num.* 43. in tantùm quod possessor utriusque Canonicatus ex *reg. de triennali* possessionem tueri, & defendere non possit, ex eodem Nicol. Garcia *d. num.* 381. *in* 4. *declarat.* Armendar. *d. loco, num.* 44. quia præsumpta dispensatio, in qua fundatur *dicta regula de triennali,* non habet locum contra decreta Concilij *sess.*7. *cap.*4. *& d. sess.* 24. *cap.* 17. *& sess.* 25. *de reformat. cap.*25. Nicol. Garcia *d. cap.*5. *numer.*379. Armendar. *d. loco, num.*40. Campan. *in diversorio Juris Canonici, lib.*11. *cap.*13. *n.*111. *&* 112. Rot. *decis.*310. *num.*3. *in fine,* apud Farinac. *part.*2. *recent.* † Ex cursu tamen decem, 30
vel viginti annorum præsumi in dubio dispensationem ad plura beneficia, tenent Flamin. *lib.*3. *q.*6. *num.*74. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.*701. *in* 1. *edit. & resol.*593. *in* 2. *edit.* ubi refert ita in sacra Rota decisum fuisse.

Illud pro complemento materiæ observandum du- 31
xi, dispensationem circa beneficiorum pluralitatem intelligendam esse de duobus primis beneficiis, *cap. Ordinarij, de officio Ordin. lib.*6. *cap. non potest, de præbend. eod. lib.* ubi Anchar. *n.*1. Domin. & Franch. *n.*3. Mandos. *ad reg.*8. *Cancell. q.*7. *n.*4. Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ratione ætatis, verb. illàque simul dimittere,* Hojeda *de incompatib. benef. part.*4. *cap. ult. num.*73. Joan. à Cochier *in reg.*51. *Cancell. num.*16.

Dubium tamen est, utrùm hoc idem procedat quan- 32
do duo priora beneficia, quæ quis ex dispensatione obtinebat, cum aliis permutantur? Partem affirmativam tenet gloss. *verb. ea quæ, in d. cap. Ordinarij,* quam Doctores ibidem sequuntur, & pluriculis argumentis defendit Gemin. *in d. cap. non potest, §. illud autem, n.*9. Joan. Andr. *in cap.*1. *de filiis Presbyt.* Verùm contrarium, immò posse quem virtute dispensationis beneficia permutata retinere melius mihi probatur argum. text. *in l. filiæ* 28. *§.*1. *ff de condit.* ubi conditio concepta in unam rem includit aliam, quæ in illius locum successit, facit reg. text. *in l. eum qui, §. qui injuriarum, ff. si quis caution.* junctis resolutis per Tiraquell. *in l. boves, §. hoc sermone, in princ. à n.*28 *ff. de verb. sign.* Bald. *in cap. dudum, il* 2. *n.* 2. *de elect.* Palat. *in rubr. de donat. inter virum, & uxorem, §.*4. *n.*3. Uvamer. *cons.*16. *n.*3. *de elect. vol.*1. Nec obstat d. gloss. *verb. ea quæ,* procedit enim in terminis text. ibidem, scilicet ubi plura beneficia incompatibilia ex dispensatione obtinenti

novum

novum aliud beneficium confertur : & ut collatio valeat, oportet quod dispensatio ad ea retinenda ostendatur, vel quod priora omninò dimittantur, & in hac specie ait gloss. quod non sufficit illa per viam permutationis dimittere ad effectum ut retentis quæ per permutationem obtinentur, collatio effectum sortiatur, & ita non loquitur gloss. ubi solummodò intendit ea retinere, quæ in locum priorum ex titulo permutationis subrogantur, nec extra formam *d.cap. Ordinarij*, novum aliud beneficium prætenditur, in qua specie glossa est intelligenda. Unde cùm in nostro casu priora beneficia retinere possit, nec dimittere teneatur, poterit etiam & illa retinere, quæ permutatione in priorum locum subrogantur.

33 Cætera circa materiam incompatibilitatis beneficiorum tractant Dionys.Carthus.& Hieron.Curial.*in suis tract. de pluralitate beneficiorum*, Hojeda *in tract. de incompat.* Rebuff. *in praxi benef. p. 1. tit. de dispens. ad plura beneficia*, Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.2. cap.3.n.10. cum seqq.* Flamin. *de resign. lib.3.q.1. n.121. cum seqq.* Azor. *instit.moral.p.2.lib.6.c.13. cum seqq.* Prosper.de August. *in addit.ad Quarant. in sum. Bullarij, verbo beneficiorum resignatio, causa 9.* Aloys. Ricc. *in collect.decis.p.3.collect.474.& in decis.Curiæ Archiep.Neapol.p.4.decis.236.* ubi multa ex hoc loco me non citato colligit Nicol.Garc. *de benef. p.11.c.5.* Paul.Comit.*resp.moral.lib.1.q.73.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30 tract.3.cap.19 à n.275.* Armendar.*in addit.ad recopil.legum Navarræ,lib.4.tit.7. l.2.de beneficiis incompat.* Ugolin. *de offic.Episc.c.14. §.2.* Monet.*de optione canon.cap.6.q.6.n 67.cum seqq.* Joan.Anton.Massobr.*in sua praxi habendi concursum, req.7. dub. 16. 17. & 18.* Vasq. *in opusculo de benef. cap.4. §.2. dub.5. num.159.cum seqq.* Molfes. *in sum. Theolog. moralis, tract.6. cap.9.* plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.150.*

ALLEGATIO LXIII.

Episcopus quando illiteratis, senio confectis, aut morbo impeditis coadjutores deputare possit.

SUMMARIUM.

1 *Illiterato penitùs facta beneficij collatio est invalida & irrita.*

2 *Illiterati sunt incapaces beneficiorum.*

3 *Illiterato, sed non penitùs, facta beneficij collatio non est ipso jure irrita, tenetur enim sub peccato mortali edisceré, vel illud remittere, aut renunciare.*

4 *Concil.Trident.* sess.7. de reform.cap.3. & sess.22. de reform. cap.4. in fine, *conciliatur.*

5 *Illiterati, qui aliàs honestæ vitæ sunt, quoad obtenta beneficia ob causam tolerari possunt.*

6 *Illiteratis possunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati coadjutores dare, & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu.*

7 *Coadjutores illiteratis dare non potest Vicarius ex generali commissione.*

8 *Parochus, cui datus est coadjutor propter insufficientiam, non potest abesse à residentia.*

9 *Coadjutor datus illiteratus, sicut Rector tenetur ad residentiam.*

10 *Coadjutoris deputatio facta ad Ordinario vigore Concilij* sess.21. de reformat. cap. 6. *non est attentata, etiamsi sit executa post appellationem interpositam à sententia ejus, qui judicialiter processit.*

11 *Coadjutoria temporalis dari potest ab Episcopo, cùm beneficij Rector senio, vel morbo officium suum exercere non potest.*

12 Cap. tua nos, de clerico ægrotante, *declaratur.*

13 *Redditum beneficij generalis administratio quando competat coadjutori, ostenditur.*

14 *Coadjutori auctoritate Episcopali certa redditum portio assignanda est.*

15 *Redditus Ecclesiæ quando coadjutori, & ægrotanti beneficiario non sufficiunt, quid faciendum sit, ostenditur.*

COLLATIO beneficij facta penitùs illiterato, est invalida & irrita, per text. & gloss. *in cap.1. dist.36. & in cap. præcipimus, dist. 34.* resolvunt Rebuff. *in tract. de pacificis poss. num.215. aliàs 260.* Flamin. *de resign. lib.4. cap.11. n.19. & lib.5. q.3. n.76.* Carol. de Grass. *de effect. cleric. in præl. n.71.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.6. cap.6. q.3. cum seqq. & cap.26. q.11.* Less. *lib.2. de Justit.cap.34. num.129.* Navarr. *de orat. miscel.40. n.8.& misc.33. n.7.* me citato *in hoc loco,* Castr. Palao *in opere moral. tom.2. tract.13. disp.4. punct.6. n.6.* ubi *num. 9.* existimat illiteratum esse solum illum, qui legere & scribere latinè nescit, multos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.7. n.12.* & illi subscribit Camp. *in divers. juris Canon. rubr.11. cap.14. num.5.* 1

† Illiterati enim sunt incapaces beneficiorum, *c. illiteratus, dist.36. cap. pœnitentes, dist. 55.* Hojeda *de incompat. benef. p.1. cap.24. n.28.* Flamin.*d.q.3.n.25.* Carol. de Grassis *d. prælud. num. 72.* 1

Id tamen non debet intelligi in illis, qui non sunt penitùs illiterati, sed beneficium acquirunt, requisita ad illud scientia carentes, quia tunc provisio illis facta non est ipso jure irrita; sed venit irritanda, ex Concil. Trid.*sess.7.de reform.c.3.* ibi, *omninò irritetur;* poterant enim intereà addiscere, & necessariam acquirere scientiam; quod si non facerent quamprimùm commodè potuerint, peccarent, teste Navarr.*in c.si quando except. 18.sub n.4.de rescriptis,* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.21. litt. H,* illú lque dimittere tenetur; & fructus interea perceptos restituere, prout ex Quintanad. Azor.& Arag.resolvit Campan.*d.cap.14.n.5.* Et hoc casu cogi poterunt illud renunciare, seu relinquere, Flamin. *l.3. q.18. n.20. & 21.* Carol. de Grassis *d. prælud. n.70.* 4

Sed obstat text. *in cap.4. sess. 22. de reform. in fine,* qui irritam pronunciat omnem provisionem illi factam, qui ætatem, & cæteras habilitates integrè non habuerit, ex quo ponderato verbo illo, *integrè,* colligitur provisionem esse nullam factam tam penitùs illiterato, quàm carenti integra ad collatum beneficium scientia, quod ex diametro videtur contrariari dispositioni ejusdem Concilij *in d. cap.3.* quatenus præcipit, ut beneficia personis dignis, & habilibus conferantur, & in fine in hæc verba prorumpit: *Aliter autem facta collatio, & provisio omnino irritetur;* quibus Juribus nullam meliorem dare possumus responsionem, nisi conciliando dicamus, in his quæ certam habent dispositionem juris nullius cognitioni remissam procedere text. *in d. cap.4.* asserentem collationem plenè illiterato factam irritam esse, quasi in eo, qui est penitùs ignarus, nullum cadat arbitrium: in aliis verò, quæ certam habent superioris relaxatam cognitionem, subsistere alterum *in d.cap.3.* quasi tunc arbitrio Superioris relaxata facultas cognoscendi, & determinandi necessariam scientiam in proviso, interim dum hoc non fit, irrita provisio non debet censeri. Unde Rectores habentes curam animarum non est necesse quòd sint eminentes, & excellentes litterati, si idonei in litteris fuerint, & non rudes, nec ignari, Rot. *decis.23.n.3.p.1. recentissim.* ubi *num. 7.* subdit testibus dicentibus Sacerdotem inhabilem ad Sacramenta ministranda minùs credi, quàm dicentibus eum habilem.

Illiterati, qui aliàs honestæ vitæ sunt, ob causam quoad 5

quoad obtenta tolerari possunt scilicet, si ex longo usu, & rerum experientiâ sciant rectè exercere omnia ad suum officium spectantia, vel si charitatis perfectio scientiæ defectum suppleat, ut probat Campan. *in di-*
6 *versorio Iuris Canon. rubr. 5. c. 5. n. 3.* † His etenim dare debent Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati Coadjutores, vel Vicarios pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu, vel aliter providere, ut disponit Sacr. Concil. Trid. *sess. 21. de reform. c. 6.* & tenent Franc. Leo *in praxi fori Eccl. p. 2. c. 2. nu. 71.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 30. n. 172.* Gonz. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. n. 29.* Nicol. Garc. *de benef. p. 4. c. 5. à num. 7.* Aloys. Ricc. *in praxi fori pœnit. decis. 574. in prima edit. & resol. 494. in secunda,* Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verb. Parochia,* §. 7. ubi propter identitatis rationem asserit procedere in Parochiis exemptis.

7 Coadjutorem hunc dari non posse, nisi ab Episcopo, nec illius dationem censeri comprehensam in generali commissione Vicariatûs, tenent Sbrozz. *de officio Vicarii lib. 2. q. 212. à n. 2.* Aloys. Ricc. *d. resol. 494. n. 10.* Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum. p. 1. n. 210.*

8 Parochus, cui datus est coadjutor propter insufficientiam, non potest abesse à residentia, prout decisum referunt Gonzal. *d. §. 9. n. 30.* Garcia *d. c. 5. n. 8.* Quaranta *in sum. Bullar. verb. residentia, vers. præter Summistas,* Piasec. *in praxi nova Episcop. p. 2. c. 3. n. 27.* Vgolin. *de potest. Episc. c. 15. §. 3. ad finem, & c. 54. n. 3.* me citato *in hoc loco,* Castro Palao *in opere moral. tom. 2. tractat. 13. disp. 1. punct. 9. n. 12.*

9 Nec etiam præfatus coadjutor abesse poterit; ille enim quemadmodum ejus rector, tenetur ad residentiam, prout decisum referunt Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. residentia* 1. Aloys. Ricc. *d.*
10 *resol. 494. n. 14.*

Et ex dicto decreto Rota *in Dertusen. Archipresbyteratus 16. Novembr. 1594.* coram *Peña* tenuit deputationem coadjutoris factam ab Ordinario vigore illius decreti *in d. c. 6.* non esse attentatam, etiamsi sit executa post appellationem interpositam à sententia ejus qui judicialiter processit, &c. tollitur enim appellatio ad affectum suspensivum, sed non devolutivum, ut *Sacra Congreg.* declaravit: eaque appellatio poterit interponi ad Metropolitanum, non obstante quod procedat tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, nisi quando procederet contra exemptum ut delegatus, quia tunc esset ad Sedem Apostolicam interponenda. Ita Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 9.*

11 Potest etiam ab Episcopo dari coadjutoria temporalis, & revocabilis, cum Ecclesiæ, seu beneficii Rector, qui senio, vel morbo non perpetuo, nec incurabili factus est inutilis, & impeditus ministrare, suum officiũ exercere non potest; tunc enim adhibetur coadjutor, qui pro eo ministret, & officium exerceat, *c. de Rectoribus, c. ex parte, & c. fin. de clerico ægrot. c. 1. eodem tit. in 6. c. 1. de supplend. neglig. prælat. eodem lib.* Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 7. vers. quod si,* Gambar. *de officio, & potest. Legati de Latere, lib. 5. de Coadjutoribus, à n. 1.* Gonz. *d. §. 9. n. 31.* Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 5.* Nota tamen unum casum, quo coadjutor datus per Episcopum, vel Legatum, erit perpetuus, videlicet quando dabitur infirmo consentienti, cui infirmo decernentur per Episcopum alimenta in bonis beneficii, Abb. *in cap. tua nos, in fine, de clerico ægrot.* Gambar. *dict. tit. de coadjutoribus, n. 16.*

12 Nec obstat text. *in c. tua nos, de clerico ægrot.* ibi, *ab administrationis officio debet removeri,* quia intelligendus quoad exercitium solum, ut tenet ex aliis Nicol. Garc. *d. c. 5. n. 7.* agit enim text. ille de leproso, qui ratione scandali, & horroris ab administratione quoad
13 exercitiũ removeri potest, Flam. *de resign. l. 1. q. 6. n. 17.*

Et adverte, quod quando beneficiarii morbus talis est, ut ipse nec temporalia, nec spiritualia administrare possit, tunc ad coadiutorem pertinet generalis administratio, qui portione commoda beneficiario data, & sibi etiam reservata alia congruenti, reliquos beneficii fructus in pios usus impendet, & de hoc casu loquitur text. *in d. c. tua nos.* Quando verò morbus talis est, ut solùm impediat spiritualium administrationem, tunc ad beneficiarium pertinet generalis redditiuum administratio, qui sibi necessaria redditiuum portione retenta, justam ac debitam dabit adjutori, & in hoc sensu procedit dictum *c. de Rectoribus.* Ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 2. q. 10.*

Auctoritate Episcopali certa redditiuum portio co- 14
adjutori assignanda est, ut probat Azor. *d. p. 2. lib. 8. c. 6. q. 1.* & ex ipsius Ecclesiæ facultatibus detrahenda, ex eodem Gambar. *d. tit. de coadjutoribus, n. 10. & 11.*
Azor. *d. p. 2. c. 2. lib. 3. q. 9.* Aloys. Ricc. *de resol. 494. n. 11.* 15
† Quando autem redditus Ecclesiæ Coadjutori, & ægrotanti beneficiario non sufficiunt, alimenta potiùs danda sunt coadjutori, quàm beneficiario infirmo, prout tenet Azor *d. quæst. 9.* Sed melius dicendum puto Parocho inprmis esse providendum, deinde in subsidium teneri parochianos ad alimenta coadjutoris, cum Aloys. Ricc. *d. n. 11.*

ALLEGATIO LXIV.

Episcopi ad reparationem Ecclesiarum an teneantur, & quas personas cogere possint.

SVMMARIVM.

1 *Reparationi Ecclesiarum, existentibus fructibus quarta pars est assignanda.*
2 *Ædificans Ecclesiam dotem sufficientem ei assignare tenetur, alioquin Episcopus permittens ædificari sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur.*
3 *Dos in Ecclesiæ ædificatione quanta requirantur.?*
4 *Reparatio Ecclesiæ, ubi quarta pars, portio, aut sumptus deputatus non est, facienda est à Rectore & aliis, qui in ea beneficia habent, & contribuere debent pro rata redditiuum.*
5 *Reparatio Ecclesiæ Cathedralis pertinet ad Episcopum, nisi egeat magna reparatione, & fructus sint tenues, quia tunc supplet Capitulum, detractis prius sibi necessariis.*
6 *Parochiani ad fabricam Ecclesiæ reparandam compelli possunt, si ad hoc non supersit ipsius redditus, deducto necessario beneficiatorum alimento.*
7 *Nobiles, & alii exempti ad Ecclesiam reparandam tenentur, ubi beneficiatorum redditus non supersunt.*
8 *Episcopi Parochianos ad Ecclesiam reparandam, in casibus quibus tenentur, cogere possunt.*
9 *Vicarius generalis cum speciali mandato potest parochianos cogere ad Ecclesiam reparandam.*
10 *Forensis alio in loco domicilium habens potest collectari ratione bonorum immobilium, quæ habet in loco, in quo Ecclesia construitur.*
11 *Parochianus non tenetur contribuere ad fabricam Ecclesiæ noviter constructæ in loco opportuniori, ex quo vetus Ecclesia sufficiebat.*
12 *Parochianus non tenetur ad refectionem Ecclesiæ, si per eam forma antiqua mutaretur.*
13 *Ecclesiam, quæ minatur ruinam, si populus restaurare nolit, ea debet penitus dirui.*

13 *Lapides altarium, vel Ecclesiarum destructarum potest Episcopus vendere, non tamen in sordidos usus convertere.*

15 *Cathedralem Ecclesiam non potest Episcopus sine Apostolica auctoritate in alium locum transferre.*

16 *Patronus si non dedit sufficientem dotem pro Ecclesia sui juspatronatus, ipse ad hoc tenetur, quamvis sine dote Episcopi auctoritate fuerit ædificata.*

17 *Episcopus sine licentia Papæ non potest de superfluis fabricæ unius Ecclesiæ, fabricæ alterius assignare.*

18 *Pensionem habens super beneficio Ecclesiastico & fructibus ejus impositam, pro rata ad ejus Ecclesiæ reparationem tenetur.*

19 *Ecclesiæ vetustate collapsæ quando reparari nequeunt, sunt in totum destruendæ.*

1 AD reparationem Ecclesiarum, existentibus fructibus, quarta pars est assignanda, *cap. vobis*, 12. *quæst.* 2. not. *in cap. decernimus* 10. *qu.* 1. Fusch. *de visit. capite* 10. *n.* 16† ædificans enim Ecclesiam, dotem suf-
2 ficientem assignare ipsi tenetur alioquin Episcopus permittens ædificari sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur, *c. cùm sicut*, juncta gloss. *de consecrat. Ecclesiæ Authent. de Eccl. tit.* §. *Si quis autem, collat.* 9. Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 1. *c.* 4. *n.* 2. quia non aliter Episcopus suum consensum fundationi beneficii adhibere debet, quàm illi assignata dote congrua, *c. nemo Ecclesiam ædificet, de consecr. dist.* 1. Lott. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 31. *n.* 3. Et † debet esse tanta in
3 Parochialibus, quanta requiritur, ut ex ea vivere commodè possit unus Presbyter cum clerico ministro, habita rattone obventionum spiritualium, per text. *Authent. ut nullus fabricet Oratorii domos*, §. *sancimus* ubi habetur requiri dotem, quæ sufficiat ad luminaria & ad domus custodum alimenta, & ad sacrum ministerium, vide Abb. *cons.* 89. *n.* 2. & 7. *p.* 4. Bellet. *disquis. clerical. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 15. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *quæs.* 7. Lott. *d. q.* 31. *n.* 2. ubi *n.* 8. subdit quod quamvis in statuenda dote congrua maximè versatur Iudicis arbitrium, hoc tamen aliis est regulandum circumstantiis quàm reguletur in statuendo congruam dotem mulieri.

Quandò Verò Ecclesia ad ejus reparationem prædi-
4 ctam quartam partem, aut alteram portionem deputatam ad sumptus non habet, si populus non consuevit expendere Rector, & alii, qui in ea beneficia habent conferre, & contribuere debent pro rata redditum, ut probat text. *in c.* 1. *de Ecclesiis ædific. c. fin. de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli*, & resolvunt Surd. *consil.* 62. *à n.* 1. Flamini *de resignat. lib.* 3. *q.* 15. *num.* 1. Ripa *resp.* 22. *num* 3. Aloys. Ricc. *in aurea praxi, resol.* 476. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *quæs.* 10. Lambert. *de jurepatron. lib.* 3. *q.* 7. *art.* 2. *num.* 4. *vers. tertius est casus, & n.* 7. *v. & si isti beneficiati*, Abb. *cõs.* 70. *n.* 2. *part.* 1. Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 14. *n.* 6. Mantic. *dec.* 284. *à n.* 1. Valas. *tom.* 2. *consult.* 179. *n.* 12. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decret. collectan.* 153. *n.* 1. Rot. *decis.* 545. *n.* 1. *part.* 1. *recentiss. in posth.* ubi quod Ecclesiæ reparatio spectat ad Rectores; quibus decimæ solvuntur, nedum usque ad quartam redditum, sed etiam ultra, si quarta non sufficit. Paul. Comitol. *respons. moral. l.* 1. *q.* 92 *conclus.* 3. ubi resolvit teneri Rectorem ad reparationem, si beneficii bona sustentandæ vitæ supersint, quamvis ad tuendam conditionem, seu statum non sufficiant, cum beneficiorum fructus non ad crescendos, aut augendos, seu fovendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & divinum cultum instituendum sint concessi: & *conclus.* 5. tenet, quod ubi est consuetudine impetratum, ut plebs, & populus, quem curat Sacerdos, suis opibus Ecclesiæ provideat, ea consuetudo retinenda est. Fusch. *dict. c.* 10. *nu.* 5. ubi dicit, quod spectat ad Episcopum Ecclesiæ Cathedralis reparatio ad cujus reparationem (circumscripta particulari consuetudine, quæ in hoc primum sibi locum vendicat, ut latè probat Bero. *cons.* 3. *à n.* 3. *volum.* 1.) tenetur ipse Episcopus de quarta redditum suorum non solùm futurorum, sed etiam præteritorum, quos ad istum effectum debet conservare, ut per Beroi. *d. cons.* 3. *nu.* 6. Barbat. *cons.* 26. *sub n.* 4 *v. & prædicta omnia, lib.* 3. Surd. *cons.* 62. *n.* 23. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 79. Et si magna egeat reparatione, & fructus sint tenues, quod vix sufficiant ad parcum victum, tenetur supplere Capitulum ipsius Ecclesiæ de fructibus, qui sunt, detractis necessariis. Si redditus tamen Episcopi, & Canonicorum non sufficiant, poterit Episcopus, accedentibus Canonicis, redditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, Abb. *in cap.* 1. *de Eccl. ædif.* Felin. *in c. cum accessissent, de constit.* Lambert. *d. art.* 2. *n.* 3. & 4. Bellet. *d. tit. de clerico debitore*, §. 13 *à n.* 12. *cum multis seqq.* ubi *n.* 16. *vers. immò*, resolvit posse Episcopum compellere Canonicos, ut dent de superfluis pro refectione illius Ecclesiæ, & *n.* 17. cum Lamb. *d. art.* 2. *n.* 4. *vers. si autem dato*, tenet quod si Episcopus & Canonici simul non sufficerent, tunc Episcopus unà cum Capitulo posset statuere, quod alii inferiores Clerici de superabundantibus fructibus, deductis sibi necessariis, ad contribuendum dictæ fabricæ tenerentur.

Circa hanc reparationem Ecclesiæ Cathedralis, quæ illa indiget, attendendam esse consuetudinem, statutum, seu privilegium, cujus expensis reparari debeat, ait Bero. *cons.* 3. *à princ. vol.* 1. & censuit Rot. *in Majoric. fabricæ*, 16 *Iunii* 164. coram Reverend. *D. meo Coccino Decano*, impressa per Farin. *decis.* 627. *n.* 1. & 2. *p.* 1. *recent.* & observat Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccl. q.* 347. Circumscripto verò statuto, & privilegio, reparari debere ex propriis fructibus pro fabrica destinatis, si verò non adsunt fructus ad fabricam destinati onus reparandi spectare ad Episcopum de quarta suorum redditum, tam futurorum, quàm præteritorum: resolvunt Bero. *d. cons.* 3. *n.* 6. & *seq.* Barbat. *cons.* 26. incip. *difficile est, n.* 4. *v. & prædicta omnia, lib.* 3. quos refert & sequitur Surd. *cons.* 62. *n.* 23. & illis citatis Rot. *d. decis.* 627. *n.* 3. ubi *n.* 4. addit quod si quarta pars redditum Episcopi non sufficit ad illius reparationem, contribuere tenentur Canonici, & alii, qui in Ecclesia possident beneficia, deinde verò parochiani, & *n.* 5. refert quod Domini de Rota decisionem *Sacræ Congreg.* cujus meminit ipsamet Rot. *decis.* 325. *p.* 2. *divers.* qua habeatur Episcopum posse assignare fabricæ distributiones quotidianas deficientium, intelligebant procedere Iuris ordine servato, scilicet in eventu quod quarta Episcopi sufficeret, tunc posse applicare distributiones Canonicorum.

Quoad Ecclesias inferiores, si deducto necessariò ad
6 alimenta beneficiatorum non supersit redditus Ecclesiæ, ad fabricam reparandam compelluntur parochiani Ecclesiæ: nam ex quo ibidem audiunt Divina, & percipiunt Ecclesiastica Sacramenta, tenentur ad refectionem Ecclesiæ, prout resolvunt Ripa *dict. resp.* 22 *col.* 1. *vers. & ibi redditus*, Aloys. Ricc. *d. resol.* 476. *n.* 7. Aviles *ad c.* 23. *Prætorum, verb. den. orden, n.* 11. Azor. *d. c.* 3. *quæs.* 20. Cabed. *Lusit. decis. part.* 1. *decis.* 91. *n.* 8. Valasc. *d. consult.* 179. *num.* 17. Rota *d. decis.* 545. *nu.* 1. *p.* 1. *recentissimar.* aliàs *part.* 3. *recent.* ubi quod Ecclesiam restaurare non tenentur Parochiani, nisi in subsidium, & quatenus redditus Ecclesiæ non sufficiunt, Greg. Lopez *l.* 21. *tit.* 10. *part.* 1. ubi addit quod nec posset Parochianus volendo vitare hoc onus, cedere usui Ecclesiæ, quia hoc non pendet à facultate sua, *cap. omnis, de pœnit. & remiss.* de quo etiam Lambert.

de

*de jurepatron.lib.3.q.7.art.2.n.7.vers.& si isti beneficiati, & art.5.n.2.*ubi loquitur de Episcopo volente resignare Episcopatum, ut evitaret onera, & eorum præstationem benè Bellet.*disquisit.cleric.p.1.tit.de clerico debitore 14 n.7. vers. & in tantùm.* Quæ quidem procedunt quoad restaurationem domus Rectoris, cùm eadem ratio sit in domo Sacerdotis,quæ est in Ecclesia,Vgolin.*de officio Episcopi c.14.§.1.n.5.* Bellet. *d.§.14.n.4.*Monet. *de commut.ult.vol.c.11.n.194.* novissimè Sperell. *decis.68.n.4. cum seqq.* ubi *n.9.* idem dicit de paramentis,ornamentis,Calice,Patenis, luminariis,& aliis Ecclesiæ necessariis, quæ sunt accessoria,& à pari procedunt,ac Iure communi cum Ecclesiæ restauratione parificantur.

7 Et cùm hoc sit opus publicum, & commune, ac concernens omnium utilitatem,& necessitatem,teneri contribuere nobiles,& alios exemptos, docent Avendan.*de exequendis mand.lib. 2.c.14.n. 19.* Cened. *d. coll.153.n.3.*Cabed.*d.dec.91.n.1.cum seq.*Aloys.Ricc. *Neapol.dec.15.n.4. part. 4.* Bobadilla *in sua politica, lib.3.c.5.n.34.*Sarmient. *in defens. de redditibus Eccl. p.1. monito 82.n.3.in fine,*Aviles *ad c.23. Prætorum, verb.den orden.n.11.* Cened. *ad Decretal.collect.153. n.1.in fine,*Gabr.Pereira *in tract.de Manu Regia,p 1. c.19.de indictionib.n.8.v. & qui ad primam*, ubi *n 9.* subdit quod non solùm ad prælatos spectat hæc cognitio, & discussio, qualia opera debeant fieri, sed etiam contributionem decernere, & ad illam subeundam cogere,quia cui committitur aliquid,committuntur ea, quæ ad illius expeditionem necessaria sunt,argum. *l.quicunque,§.si ei,ff. de instit. action.l. pen.ff. de usufruct.*

8 Episcopis à S.Concil.Trid.*sess.31.de reform.c.7.*maximè commendatur, ut collapsas Ecclesias refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodolibet pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes,omnes patronos,& alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos,omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant,quacumque appellatione, exemptione,& contradictione remota: ex quo Concilii Trid.decreto constat,per Episcopum & ad illius instantiam & coactionem contributionem faciendam, & tenet Valasc. *d.consult.91.n.ult.*quando autem Rector compellitur, extra dubium est,agendum fore in judicio Ecclesiastico, ut tradunt Guillelm.Benedict. *in c. Raynutius,de testam.vers. si absque liberis,n.33.*Pech. *de Eccles.reparat.c.14.*Gabr.Pereira *d. tr. de Manu Regia p.1.c. 18.de indiction.n.7.*Quando verò Prælati sive Rectores sunt exempti,eo casu per Pontificem compelli possunt & secundum aliquos, vel per Regem, quia censentur damnum in Regno dare, dum patiuntur suas Ecclesias corruere,quæ negligentia dissipatioest,ut per Guillielm. *d.verb.si absque liberis,n.35.* nam Regibus etiam incumbit Templorum defensio,& protectio, ut per Avend.*de exequen.mand.lib.1.c.14.n.23.*Bobad. *in sua politica,lib.2.c.18.n.127.*Cevall.*p.4.q.897.n. 621.* Gabr.Pereira *d.n.5.vers.primò.* Sed quando compelluntur Parochiani laici ad Ecclesiarum reparationem, cognitionem illam, sive compulsionem mixtam esse tenuerunt Pech.*de reparat.Eccl.c.28* Guillielm.*in d.c. Raynutius, verb. domum, n.17.* Gabr. Pereira *d. cap. 18.de indictionib. n.5.* Quamvis quoad hujusmodi Parochianos per Iudices sæculares compulsionem fieri posse indistinctè teneant Rebuff.*resp.135.* Mex. *in tr.taxæ panis,concl.5.à n.68* Cened. *d.collect.153.n.1. ad fin.*& Cevall.*in tract.de cognit. per viam violentiæ, p.2.q.99.*& disponit Ordin.Regia Lusitan.*lib.1.tit.64. §.76.*nisi verè intelligamus pro meliori prædictorum executione,† non impedito Episcopo,imò ad ejus requisitionem eos etiam cogere, prout sibi commodiùs videbitur,vel poterat procedere ante Concilium, quod postea omnem auctoritatem Episcopo dedisse apparet; quam quidem potestatem Vicario concessam censeri, si habeat speciale mandatum, resolvit Franc. Leo *in thesauro fori Eccles.p.2.c.16.n.16.*

Forensis alio in loco domicilium habens potest collectari ratione bonorum immobilium, quæ habet in loco in quo Ecclesia constituitur,Cabed.*d.decis.91 n.9.*novissimè Melch.Phœbos *Lusitan.decis.34.tom.1.* 10

† non tenetur tamen ullus contribuere ad fabricam Ecclesiæ noviter constructæ in loco opportuniori, ex quo vetus Ecclesia sufficiebat,imò nec ad refectionem illius Ecclesiæ † si per eam forma antiqua immutaretur,nisi collecta fuerit imposita pro impensa utili & necessaria,cùm illa dicatur talis, sed potius sit voluntaria,quasi nemo teneatur rem communem meliorem facere,per *l.parietem,ff.de servitutib.urban. præd.* resolvit Steph.Gratian *discept. forens.c.84.n.21.* 11 12

Si populus noluit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare,ea debet penitùs dirui, prout decisum referunt Fusch. *de visit.lib.1.c.10.n.16.* Zerol. *in praxi Episcop.p.2.verb.Parochia,§.6.* Aloys. Ricc. *in dicta praxi aurea,resol.201.in fine.* 13

Et Episcopus potest vendere lapides Altarium, vel Ecclesiarum destructarum,Navarr. *de spoliis, cleric.§. 18.n.11.v.1.*Zerola *d.verb.visitatio,§.19.*Aloys.Ricc. *in dec. Curiæ Archiep.Neap.dec. 255.p.2.* Armen. *in addit. ad recop. legum Navarr.lib.1.tit.18.l.7.de Episcop.n.85.*Sed † debet animadvertere ne emptor faciat illos convertere in sordidos usus, Aloys. Ricc. *in praxi aurea,res.201.*ubi refert in Sacra Congreg. sic decisum fuisse.*Ordinarius non debet profanare Capellas,& si aliquam causam profanandi habuerit, earum camenta potius sunt tribuenda Ecclesiæ, quæ est caput dictarum,Capellarum quàm alteri.*Episcopus tamen sine Apost. auctoritate non potest transferre Matricem, id est Cathedralem Ecclesiam in alium locum diœcesis,prout decisum refert Menoch. *cons.75.n.46.* 14 15

Quando in Ecclesia, vel Capella est de jurepatronatus,si patronus non dedit dotem sufficientem pro victu Sacerdotis,pro luminariis,fabrica,& aliis necessariis,ipse tenetur ad ista,quia fundans Ecclesiam tenetur prædicta præstare,*c.nemo,de consecr.dist.1.* etiamsi Ecclesia fundata fuerit auctoritate Episcopi sine assignatione dotis,& necessariorum, quia hoc casu adhuc patronus compelli per Episcopum poterit, & in ejus defectum tenebitur Episcopus,Gl. *in d.c.nemo,* & sic poterit in Visitatione fieri præceptum patrono, ut infra competentem terminum provideat de necessariis sub pœna privationis jurispatronatus, & Capellæ,refert novissimè me citato *in hoc loco,* Sperell. *d.dec.68. n.11. & 12.* 16

Sed an Episcopus possit de fructibus unius Ecclesiæ superfluis, assignare fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis? Quæstio est ad præsens institutum non continenda in qua affirmativè per gl.*in c.constitut.de relig.domib. & in c.1. de rebus Eccl. non alienan.* respondet Burg. *in c.qua in Ecclesiarum,de constit. n.272.* quem refert, & sequitur Marc.Ant Genuens.*in man.Pastorum c.36. n.8.*Verius tamen videtur,quod de superfluis fabricæ unius Ecclesiæ, aliquid fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis carentis fabrica sufficienti ad parietes ejus reficiendos, & ad ornamenta emendanda,sine auctoritate,& licentia Papæ assignare nequit, cùm hoc nullo jure ei concessum esse constet, præsertim cùm semel donata,data,& relicta à fidelibus in suarum Ecclesiarũ utilitatem,& unum casum pium,ad alium etiam piũ, tam jure antiquo *in c.12.q.1. & in Clem. quia contingit,de relig.domib.*quàm nova Conc.Trid.Constitutione *sess.7.c.ult.de reform.& sess.25.c.8.de reform.*applicari non possint sine Papæ auctoritate,qui non facilè eam cuilibet Episcopo impertiri solet, etiam in casu licito faciendam,cum etiam alienationem rerũ Ecclesiæ suæ in casu licito Episcopo non concedat, nisi se priùs 17

prius consulto, Pius II. *in Extravag. 1. de rebus Eccles. non alienandis.* Quare hanc sequitur sententiam Navar. *cons. 2. in antiquis*, aliàs 15. *in novis, de rebus Eccles. non alien.*

18 Quæres deinde non abs re, quando pensionem habens super beneficio ad Ecclesiæ reparationem teneatur? In quo dubio consuluit Navar. *cons. unic. de Ecclesiis ædificandis*, quod clericus pensionem habens super beneficio Ecclesiastico, & fructibus ejus impositâ, pro rata ad ejus Ecclesiæ reparationem tenetur, nisi pensio ita imposita fuerit, ut ab omni onere libera solveretur.

19 Quando Ecclesiæ vetustate collapsæ reparari nequeunt, sunt in totum destruendæ, & ubi erant, erigenda est Crux. Aloys. Ric. *d. res.* 201. vel ad alias Ecclesias transferantur, per quam translationem non censetur facta unio, idem Aloys. Ric. *in d. praxi aurea, resol.* 208.

ALLEGATIO LXV.

Episcopus an possit dispensare, ut filii Beneficia suorum parentum aliquo modo obtinere possint.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Trid.* sess. 25. de reform. c. 11. *& Doctores de ejus materia agentes referuntur.*
2 *Conciliaris Constitutio* sess. 25. de reform. c. 15. *in quibus differat à Iure communi.*
3 *Clerici filius an prohibeatur obtinere beneficium, vel servire tanquam capellanus amovibilis in Ecclesia in qua ejus pater, tanquam capellanus amovibilis, seu Vicarius temporalis servivit.*
4 *Ratio ubi eadem viget, ibi debet esse eadem juris dispositio.*
5 *Verba proœmialia inducunt causam finalem.*
6 *Naturales filii procreati tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, non possunt parentum beneficia obtinere.*
7 *Beneficium quando dicatur pater obtinere, ut in eo filius succedere non possit, ostenditur.*
8 *Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim ejus pater absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando possedit.*
9 *Dispensatio præsumpta, in qua fundatur regula de triennali, non tuetur obtinentem beneficium in Ecclesia parentis sui.*
10 *Filii Presbyterorum beneficia legitimè obtenta retinere non prohibentur, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilii publicationem è vita migrarunt.*
11 *Filii non prohibentur obtinere parentis Ecclesiam, quæ accessoriè alteri est unita.*
12 *Filius illegitimus non prohibetur obtinere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat.*
13 *Filius illegitimus non prohibetur succedere in Capellania, quæ absque Episcopi auctoritate fundari solet.*
14 *Beneficium non potest obtinere filius illegitimus in Ecclesia, in qua ejus pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis.*
15 *Canonicatum non potest obtinere filius illegitimus in Ecclesia, ubi pater fuit Canonicus.*
16 *Filii legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quæcunque in eadem Ecclesia, ubi genitores habuerunt, vel etiam habent.*
17 *Parentes immediatè consequi possunt eadem beneficia, quæ eorum legitimi filii habuerunt.*
18 *Nepotes legitimi Presbyterorum ex filio illegitimo possunt consequi avorum beneficia.*
19 *Filius illegitimus beneficium patris potest obtinere, si in eo mediatè post triginta annos successerit.*
20 *Ministrare, aut Epistolam canere, vel Sacristæ officio fungi in Ecclesiis parentum filii illegitimi nullo modo possunt.*
21 *Antiphonam ratione oneris beneficii alteri Ecclesiæ annexi filius illegitimus in eadem Ecclesia, ubi parens habet beneficium, canere non potest.*
22 *Processionaliter possunt insimul incedere pater & filius, unus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diversarum Ecclesiarum.*
23 *Missam filius, & pater possunt celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.*
24 *Filii illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Trid. cum patribus habitare.*
25 *Pensionem super beneficio resignato in favorem tertii non potest pater imponere solvendam filio illegitimo.*
26 *Pensionem, quam parens obtulit, vel aliam super parentis beneficio, non prohibetur filius illegitimus habere.*
27 *Pensio potest transferri in filium illegitimum à parente facultatem habente illam transferendi.*
28 *Resignationibus reciprocis debet Episcop. obviare.*
29 *Resignationes reciprocæ post Concilium in favorem filiorum faciendæ prohibentur.*
30 *Dispensare non valet Episcopus cum illegitimis, ut habeant eadem beneficia, quæ pater habuit, nec ad habendum ea, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit.*
31 *Dispensatio ut illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, ubi pater habuit beneficium, debet esse in specie derogatoria Bullæ Clement. VII. & Concilii Trident.*
32 *Dispensatio una non tollit omnes defectus.*
33 *Derogationes generales non operantur quando talia sunt impedimenta, quæ difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum.*

VT paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis (quos maximè puritas, sanctitasque decet) longissimè arceatur, non licet filijs clericorum (qui non ex legitimo nati sunt matrimonio) in Ecclesiis, ubi eorum parentes beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunque, etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Ita Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 15.* de cujus materia latè Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 397.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 3.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib. 2. tit. 19. l. 1. de filiis Presbyterorum, numero 10 cum seqq.* Campan. *in diversorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 13. à n. 67.* optimè Seraphin. *decis. 1442.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 327. part. 4.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 75.* novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccles. cap. 47. n. 27. cum seqq.* Iul. Lavor. *var. lucub. tit. 4. c. 16. n. 48. cum seqq.* Navar. *in sign. Iuris Canon. concl. 30.* Illustrissimus D. Acuñha *ad c. 13. dist. 56.* latè me sæpissimè citato *in hac alleg.* Castro Palao *in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 2.*

In quinque differt prædicta Conciliaris constitutio à jure communi. *Primò*, quia non solùm ratione successionis, prout de jure communi, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam invaluit prohibitio *d. c. 5. Secundò*, quod talis memoria longissimè arceatur non solùm immediatè, sed etiam mediatè, contra Abbat. *in cap. dilectus, notab. 2. de filiis Presbyt. Tertiò*, quod

quod non solùm prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocunque, etiam dissimili, dummodò sint in eadem Ecclesia, contra jus commune, de quo Abb. *in c. ad abolendam, post princ. de filiis Presbyt.* *Quartò*, nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed & ministrare contra jus commune, quo tanquam patri ministrare prohibetur. Abb. *in c. cum decorem, de filiis Presbyt.*

2 *Quintò*, quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filii contra Ius commune; nam illo attento licebat parentibus renunciare beneficia ad favorem tertii imposita pensione solvenda propriis filiis, ut multis impulsus rationibus resolvit Gig. *in tract. de pensionib. q.* 86. *n.* 5. *vers. prædictis tamen non obstantibus*; ita referunt Nic. Garc. *d. c.* 3. *n.* 14. Armendar. *d. loco, n.* 6. Fr. Sigism. à Bononia *d. dub.* 75. *post n.* 7. 7. *versic.* 8. *dubitari potest*, Aloysius Riccius *d. Neapol. dec.* 323. *parte* 4.

3 Circa primum, scilicet quod non solùm ratione successionis, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam invaluit supradicta prohibitio, dubitari potest an scilicet filius clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel servire tanquam Capellanus amovibilis in Ecclesia, in qua ejus pater, tanquam Capellanus amovibilis, seu Vicarius temporalis servivit? In qua quæst. affirmativè respondendum videbatur; nam memoria incontinentiæ paternæ pariter viget, tam in illo, qui
4 titulum beneficii habet, quàm in eo, qui eam exercet absque titulo, quia in utroque datur eadem ratio, †ergo debet esse eadem Iuris dispositio, *l. illud, ff. ad legem Aquil.* Rebuff. *in l. lege censoria* 203. §. *item quæ, de verb. signif.* Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 17. *n.* 84. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. n.* 105. Facit deinde, quia illa verba Concilii sunt proœmialia, & inducunt causam finalem, ex text. *in l. fin.* & ibi doctor. *ff. de hered. instit.* Bart. *in l.* 1. *ff. de origine juris.*
5 Hinc dicimus, quod †sicut corpus ab anima, ita dispositio à proœmiali ratione regulatur, ex Ias. *in l. qui quadraginta, col.* 2. *ff. ad Trebell.* quod eo magis patet, cum apponatur dictio, *ut* quæ propriè causam finalem inducit, *Clem. ut hi qui.* & ibi Card. *not.* 1. *de ætate, & qualit. Clem.* 1. *de re jud.* cum aliis citatis à me ipso *in meis Remiss. de dictionibus, dict.* 381. *n.* 1. faciunt quæ in simili casu resolvit Flam. *de resign. l.* 3. *q.* 5. *n.* 9. *cum seqq.* Sed his non obstantibus, quæ in puncto Iuris veriora judico, contrarium decisum esse à *Sacra Congregat.* testantur Armend. *d. loco, n.* 32. Nicol. Garc. *dict. c.* 3. *n.* 72. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 397. *à n.* 14. Campan. *d. c.* 13. *n.* 67. *v. & quia*, Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Archiepiscop. Neapol. dec.* 104. *part.* 4. Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 75. *n.* 6.

Prædicta prohibitio locum habet in filiis naturali-
9 bus procreatis tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, ut decisum referunt Garc. *d. cap.* 3. *n.* 15. Armend. *d. loco, n.* 7. Balb. *dec.* 29. Sigism. à Bonó. *de elect. dub.* 73. *n.* 2. Contra Fr. Emman. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 7. & Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 1. *art.* 10.

7 Qui per procuratorem apprehendit possessionem beneficii, aut Canonicatus, etiamsi nunquam in Ecclesia ministraverit, aut fructus perceperit, dicitur beneficium, vel Canonicatum obtinere, ad hoc, ut filius in eadem Ecclesia alterum Canonicatum, aut beneficium obtinere non possit, referunt decisum Armend. *d. loco, n.* 20. & 44. Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 56. Campan. *d. c.* 13. *n.* 67.

Si tamen de Canonicatu, aut beneficio provisus Apostolicas litteras non expedivit, & possessione nondum habita, alteri cessit vigore Apost. provisionis, aut illud requirit, non dicitur habuisse ad prædictum effectum, Armend. & Camp. *locis proximè citatis*, Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 56. *in* 2. & 3. *declar.*

Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere 8
beneficium, quod olim ejus pater absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando possedit, Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 59. Armend. *d. loco, n.* 23. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. puncto* 2. *n.* 7.

Præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de 9
triennali, non habet locum in hac materia, cùm hujusmodi præsumpta dispensatione beneficium possidentes contra dispensationem Concilii *in d. c.* 15. possessionem suam tueri non valeant, ut referunt Garcia *d. c.* 3. *n.* 88. Armend. *d. loco. n.* 42. Episcopus enim si filium Presbyteri in Ecclesia paterna intrusum reperit, assignato ei competenti termino ad docendum de dispensatione Apost. si fortè ea suffultus existat, potest eum amovere, non obstante quacunque possessione, quia nulla data dispensatione Apost. est ipso jure, privatus Grat. *d. c.* 397. *n.* 31. & 32. ubi *n.* 35. resolvit, quod non sufficit quælibet dispensatio, nisi in specie dispensetur ad obtinenda beneficia in Ecclesia, in qua pater, &c. Collatio enim huic facta, est ipso jure nulla, Sayr *dec.* 1. *de constit.*

Non prohibentur Presbyterorum filii beneficia re- 10
tinere legitimè obtenta in eisdem Ecclesiis, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilii publicationem è vita migrarunt, ut referunt decisum Nicol. Garc. *d. c.* 3. *n.* 43. Armend. *d. loco, n.* 10.

Nec etiam prohibentur obtinere Ecclesiam filialem 11
dependentem, seu aliàs unitam Ecclesiæ matrici, cujus pater fuit Rector, modò unio sit facta accessoriè, & per viam subjectionis Ecclesiæ matricis, & pater in ea non ministraverit; prohibetur tamen obtinere unitam æquè principaliter, aut si in utraque pater ministravit: referunt decisum Garc. *d. c.* 3. *n.* 62. Armend. *dict. loco, à n.* 24. Campan. *d. c.* 13. *n.* 67. *vers. cum verò*, me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. puncto* 2. *n.* 12.

Filius illegitimus non prohibetur obtinere Canoni- 12
catum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, Achil. de Grassis *dec.* 1. *de filiis Presbyt.* Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *proœm. sub. n.* 33. Lott. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 48. *n.* 210. Vnde *Sacra Congr. Concilii sub die Februarii* 1598. censuit filium illegitimum non prohiberi obtinere Episcopatum nuper erectum ex parte diœcesis, in qua ejus pater fuit Archiepiscopus, quia Conc *d. c.* 15. strictè est intelligendum in casu odioso, ut loquitur in Ecclesia in qua pater ministravit quod hîc secus est, cùm non sit eadem Ecclesia, me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. disp.* 4. *puncto* 2. *n.* 15.

Nec prohibetur succedere in Capellania, quæ fun- 13
datori solet, maximè in Hispania, absque aliqua Episcopi vel alterius Superioris auctoritate, ut in illis succedant clerici de parentela, Gong. *d. gloss.* 5. *n.* 33. & *seq.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d. disp.* 4. *pun.* 2. *n.* 15. *in fine*† Excluditur verò ne possit obtinere beneficiũ 14
in Ecclesia, in qua ejus pater habuit solam sedem in choro ratione Dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat. Garc. *d. c.* 3. *n.* 66. Armen. *d. loco, n.* 27. Fr. Sigism. à Bononia *d. dub.* 75. *n.* 7. *vers.* 7. me citato *in hoc loco*, Castro Palao *d. pun.* 2. *n.* 13. ubi *n.* 14 resolvit filium illegitimum excludi à beneficio, in Ecclesia, quæ est soror alterius Ecclesiæ, in qua pater beneficium habet; sunt enim in Hispania aliquæ Ecclesiæ, quæ vocantur Sorores in quarum una residens censetur in alia residere, ex privilegio Pontificis. † Item etiam non potest
15 obtinere Canonicatum in aliqua Ecclesia, ubi pater fuerit Canonicus, Rebuff. *in praxi benef. tit. de disp. super defectu natalium, n.* 37. & 38. Azor. *inst. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *q.* 16.

Attento Iure communi juxta veriorem opinionem 16
filii legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quæcunque in eadem Ecclesia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, ut probat text. *in c. ad hæc de filiis Presbyt.* & tenet Host. *in sum. tit. de filiis Presbyt. n.* 5. Calder. *cons. unic. eod. tit.* Fel. *in c. in nostra, sub*

n.13.vers.tertium corol. de rescriptis, Rebuff. *dict.tit. de dispensat.ex defectu natal. n.37.* non illa quidem quæ partes obtinuerant,sed diversa in eisdem Ecclesiis,quibus inservierant, Azor. *instit. moral. p.2.lib.6. c.14.q.16.*me citato *in hoc loco* Castr.Palao *d.punct.2. n.2* & cum hac opinione videtur manere dispositio Concil.Trid.*d.c.15.*dum sub illis,*qui non ex legitimo nati sunt matrimonio*, continet expressam licentiam respectu legitimorum adipiscendi dicta beneficia in ipsa Ecclesia,ubi parentes alia possident;effectus enim argumenti à contrario sensu validissimus est,præcipuè cum contrarium non sit de Jure expressum, juxta citata Iura:& Doctores *in libello de principiis, & locis communibus utriusque juris,verb.argumentum, n.131.* Sed meliùs de Iure communi dicerem hujusmodi legitimos clericorum filios paterna beneficia immediatè obtinere non posse,secus verò mediatè,juxta *c.ex trãsmissa,& c.ad extirpandas,de filiis Presbyt.*& illa suffragatur ratio, quod Apostolicum est decretum inhibens filios succedere in paternis beneficiis,ne successio in Ecclesia Dei sit hæreditaria,*c.Apostolicæ, 8.quæst.1.* Quod quidem admitterem etiam de Iure novissimo Concilii *d.c.16.* quod cum loquatur de filiis ex fornicatione natis,& non ex legitimo matrimonio, quoad legitimos remanet Ius antiquum correctum,*l.præcipimus,C.de appell.*Ita docent Navarr. *in c.si quando,except.21.n.2.de rescript.*Salzed. *ad Bern.c.48.n.3.*Put. *dec.225.lib.3.*Fr. Emman. *qq. reg. tom.1. q.13. art.7.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell.gl.5.n.33.*Nicol. Garc.*d.c.3. n.18.*referunt decisum Armend. *d.loco,n.4.addit.ejusdem Garc.d.c.3.n.29.in fine*, Illustr. D.Acuña *in.d.c. 13.n.5.*& Rota coram Seraph. *dec.1442. n.6.* censuit filios legitimos non prohiberi obtinere diversum beneficium in eadem Ecclesia,sed idem quod pater obtinuit,idque immediatè. Unde *Sacra Congreg.,Concilii die 23.Augusti* 1632.censuit filium legitimum egere dispensatione ab obtinendum immediatè beneficium paternum.

17 Ex eadem ratione sunt, qui teneant parentes immediatè consequi non posse eadem beneficia, quæ eorum illegitimi filii habuerunt, eo quod ipsamet ratio prohibitionis militat,ne Ecclesiastica beneficia hæreditario jure possideantur; nam ubi est eadem ratio, ibi debet esse eadem Iuris dispositio,*l.illud,ff.ad legem Aquil.l. illud,C.de sacrosanct.Eccl.*cum citatis per Farin. *in fragment.crim.littera E,n.51.cum seq.*Narbona *de appell.à Vicario ad Episc.p.2.n.6.* cum infinitis propemodum aliis citatis *in libello de principiis,& locis communibus utriusq; juris littera R,n.6.*Sed contrarium communi Doctorum calculo recipitur, ut per Campan.*d.c.13.n 78.*Fr.Emman. *in sum. tom.1.c.25. n.4.in fine.*Fr.Sigism.à Bononia *de elect. dub 75. n.3.* novissimè Marcel. Vulpe, *d.c.47.n.28.* & tenuit Rota coram Seraphin.*d.dec.* 1442.Nic.Garc. *d.c.3.n.29.* & decisum referũt Addit. ejusdem Garc.*d.c.3.n.29.in in fin.*Armend. *d.loco,n.4.*ubi etiam asserit tetnum patrem nulla dispensatione indigere ad obtinendum immediatè beneficium filii legitimi,me citato *in hoc loco* Castr.Pal.*d.punct.2.n.5.*& *Sacr.Congr. Concil. in una Maceraten.18.Nove.*1628.censuit patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficiũ filii sui illegitimi.

18 Quoad nepotes tamen dictam prohibitionem extendi docet *d.c.ad extirpandas, & in d. cap. Apostolicam 8.q.1.*ubi Archid. *n.1.* Guillelmus Benedictus *in repetit.c.Raynutius,de testamentis,verb. & uxorem. n.693.*Salzed. *ad Bernard.in pract.c.48.lit.A.*Rebuff. *de pacificis possess.n.266.& seq.* Lessius *de justitia l.2. c.34.n.91.* Sed verius est, attenta Iuris communis, & Concilii dispositione, non comprehendi nepotes legitimos Presbyterorum, ex filio illegitimo respectu beneficii,aut prout resolvunt Ceval. *q.796.à n.9.*Vgolin. *de potest Episc.c.50.§.7.n.3.§.8 n.2.* Nav. *cons.9. n.9.sub tit.de filiis Presbyt.* Spin. *in Speculo testamentorum,glos.3.à n.32.*Garc.Gironda *de privileg.explicat.n.1049.*Sayr. *de censuris lib.6.c.10.n.46.*Azor.*institution.moral. p.2. lib.6. n.4. q.17.* Seraph. *d. decis. 1442.n.11.*Steph.Grat. *d.c.397. n.6.* Bellet. *disquisit. cleric.p.1.tit.de disciplina cleric.§.3.n.33.*Aloys. Ricc. *in dec.Curiæ Archiep.Neapol. p.4 dec.283.*D. Acuña *ad c.1. n.8.dist.56.* & censuisse Rotam Roman. asserit Nicol.Garc.*d.c.3.n.22.* & decisum fuisse *in Sacra Congregat.*testantur idem Garcia *in addit.ad n.22.*Gallet. *in margarita cas.conscient.verb. beneficium* 1. me citato *in hoc loco,*Castr. Palao *punct.2.n.3.* Armend.*d. loco,n.1.*Campanil. *d.c.13.n.76.* & novissimè censuit *Sacra Congreg.Concilii sub die 13. Augusti* 1622. In nepote etiam illegitimo idem dicendum videtur,quod scilicet minimè prohibeatur obtinere beneficiũ, quod avus habuit,prout decisum referunt Garc.*d.c.3.n.27.* Armend. *d.loco,n.3.* Sed hæc resolutio non caret dubio, ex eo, quia *in d.c.15.Concil.Trid.* adest verbum, *longissimè*,quod excludit omnem personam,etiam mediatam propter quod idipsum fuisse decisum refert Campanil. *d.n.76.* Sed primæ declarationi standum est,prout tenet Garc.*d.n.27.*

Circa secundam differentiam inter Constitutionem 19
Conciliarem,& Ius commune,suprà relatam, notandum est memoriam paternæ incontinentiæ arceri debere,itaut neque mediatè, neque immediatè liceat filio in patris beneficio succedere, prout denotant proœmialia Concilii verba suprà relata.Ego tamen moderarem hujusmodi prohibitionem ad illum solum casum,si alius per triginta annos mediatè successerit, quia tunc cum lapsu hujus temporis memoria paternæ incontinentiæ ex medio tolli videatur,tunc filium posse in patris beneficio succedere, consequens videtur prout docet Gonz. *ad reg.9.Cancell.gloss.5. n.33.* me citato *in hoc loco,*Castr.Pal. *d. puncto 2.n.8.*

Circa quartam differentiam notarem filios illegiti- 20
mos ita in Ecclesiis parentum quoquo modo ministrare non posse, ut disponit Concil. *d.c.15.* ut nec Epistolam canere, aut Sacristæ officio fungi possint; nec ut simplices cantores musicæ in eadem Ecclesia canere,prout decisum referunt Navarr.*cons.1.q.17.sub tit.de const.*Sayr. *dec.1.sub eod.tit.* quem refert Aloys. Ricc.*in collect. decisionum,collect.1367.vers.tu amplia p.4.*Garcia *d.c.3.n.68.*Armend.*d.loco,n.29.* Stephan. Grat. *d.c.397.n.26. cum seq.*ubi *n.28.* testatur quod etiam antiphonam in eadem Ecclesia canere potest ratione oneris beneficii alteri Ecclesiæ annexi, me citato *in hoc loco,*Castr.Pal. *d.puncto 2.n.16.*† An verò 21
filius illegitimus laicus,qui in Ecclesia, in qua pater nec beneficium habet, nec pensionem, sed ut cantor musicæ tantum in Ecclesia cantat, comprehendatur hujusmodi prohibitione? Affirmativè decisum fuisse referunt Garcia *d.n.68.* Armend.*d. loco, n. 28.* Aloys. Ricc. *d.Neapol.dec.283.n.1.p.4.*

Non impeditur,quin pater,& filius possint insimul 22
processionaliter incedere,unus tanquam Beneficiatus, alter tanquam Capellanus diversarum Ecclesiarum. Verùm si proportionaliter accederet ad Ecclesiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo ministrare,referunt decisum Nic. Garc.*d.c. n.68.in 3.declar.*Armend.*d.loco,n.30.*Vbi autem sunt Collegiatæ Ecclesiæ quarum Decani & Canonici vigore statuti Cathedralium accedunt ad certas processiones,in certis diebus festis anni,& inibi canunt unũ versiculum,non potest filius illegitimus Canonici Cathedralis ad Decanatum, vel Canonicatum illarum Collegiatarũ eligi,quia quoquo modo inservire dictæ Cathedrali videtur.Ita referunt decisum Camp.*d.c.15. n.67.v.& quia*,Garcia *d.c.3.n.69.*Armend.*d.loco,n.31.* 23

Non prohibetur tamen;quin pater & filius possint Missam celebrare in eadem Ecclesia,dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero devotionis gratiâ, ab altero causâ legati, quod

relictum

relictum sit Missam celebrantibus, ut decisum referunt Campanil. *ubi proximè*, Garcia *d.c.3.n.73.* Armendar. *d.loco, n.33.* Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 75.n.7.in princip.* Quare existimo non esse molestiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia in qua pater celebrat ob devotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio. Ita Garc. *dict.c.3.n.37.* Armend. *d.loc.n.* 34. me citato *in hoc loco* Castr. Palao *d.punct.2.n.17.*

24 Illud tamen in filiis Presbyterorum peculiare esse videtur, ut cum parentibus suis habitare non possint, sicut resolvit Bermond. *de publicis concubin. verb. apud patres suos*, ubi scribit gravissimam hanc esse pœnam patrum Presbyterorum, quod cohabitatio suorum filiorum eis interdicatur, addit tamen Bened. Ægid. *in tract. de privil. honest. art.11. n.24.* quod hoc non tam pœnæ causa, quàm favore honestatis inductum fuit, quia superiorum cum patre Presbyterato cohabitatio generat scandalum in clero, & præbet malum exemplum in populo; est enim spurius paternæ turpitudinis assiduus testis. Verùm licèt hoc sit honestius, nullo tamen Concil. Trident. decreto prohibetur hujusmodi spurios cum patribus Presbyteris cohabitare, ut tenent Nicol. Garcia *dict. cap.3. num.74.* & Armendar. *dict. loco, num.35.* ubi tamen refert in Episcopatu Pampilonensi talem cohabitationem prohiberi *lib.1. Constitutionum Synodalium, tit. de filiis Presbyterorum, fol.27.*

Circa quintam differentiam, jam suprà notavimus
25 de Iure antiquo licere patribus renunciare beneficia, quæ obtinebant ad favorem tertii imposita pensione, solvenda propriis filiis illegitimis, quod quidem de Iure novissimo Concilii Tridentini non est licitum, ut constat ex *d.c.15.* in quo prohibetur filium illegitimũ posse habere pensionem super beneficio aliàs à patre obtento, quod non habet locum in eis, qui pensionem hujusmodi ante confirmationem ipsius Concilii legitimè impetrarunt, ut referunt decisum Nicol. Garc. *d.c.3.n.46.* Armen. *d.loco, num.14. & 15.* ubi *n.19.* resolvit illegitimum beneficiatum in Ecclesia, in qua pater simile, vel dissimile beneficium habuit, eo mortuo ante Concilii publicationem non posse ex vigore cujuscumque ejus dispensationis ante Concilii publicationem obtentæ obtinere aliud beneficium, dimisso eo quod obtinebat in eadẽ Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiæ aliud beneficium, quod sibi competebat, veluti antiquiori: acquiruntur enim de novo, & dispensationibus per Concil. sublatis remanet indispensatus, de quo etiam Nicolaus Garc. *d.cap.3.n.53.*

Pensiones igitur quascunque filii clericorum habe-
26 re non possunt super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, Stephanus Gratianus *dict. cap.397.* quem refert Campan. *d.c.13. nu.70.* Aloysius Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapolitan. decision.186.n.3.part.4.* Rota apud Farinac. *decis.549.num.4. part.2.recent.* & post Navarr. resolvit Seraphin. *decis.1442.nu.15.* Buratt. *decis.53. n.3.* ubi Ferentil. *littera B*, me citato Castro Palao, *dict. puncto 4.num.10.* † Si verò pater habeat facultatem transferendi pensionem, posse illam transferre
27 in filium illegitimum, resolvunt Gig. *de pension. quæst.86.num.5.* Flamin. *de resignation. libro 6.quæst.4. num.21. & 22.* Gonzalez *ad regulam 8. Cancellar. gloss.5.§.5 num.22. & 23.* P. Azor. *institut. moral. parte 2. lib.8. cap.8. quæst. 7.* Nicolaus Garcia *dict. cap.3.n.34.* Stephanus Gratianus *dict. cap. 397. numero 1. & 7.* Aloysius Riccius *dict. part.4. collect. 1367. in fine, & Neapol. decis.186.n.1. & 7. part.4.* Sacra Congreg. *in Zamoren. 9. Novembr. 1619. & 15. Septembr. 1619.* Potest aliquando evenire, ut scilicet Antonius legitimus obtinens Canonicatum illum resignet in favorem Nicolai reservata pensione super Parochiali; quam obtinet pater ipsius Nicolai: hæc reservatio comprehenditur decreto *dict. cap.15.* & sic pater in fraudem consentit pensioni. Ita decisum fuisse attestantur Garc. *d.c.3.n.8.* Armend. *d.loco, num.41.*

Episcopus debet maximè obviare reciprocis resi- 28
gnationibus, quas prohibet & abominatur Concilium Tridentinum *dict.c.15. vers. ad hæc reciprocæ*, de quibus addunt Navarr *cons.5. de renuntiat.* Emman. Roderic. *in sum. part.2.cap.56. num.8. & 9.* Gironda *in tract. de privilegiorum & exemptionum explicat. num.1275.* & faciunt quæ Flamin. *de resignat. lib.14. quæst.9.* Nicolaus Garcia *part.7.cap.3. num.87.* me citato *in hoc loco*, Castro Palao *dict. punct. num. 18.* ubi ait interdictam esse à Concilio Tridentino omnẽ reciprocam renunciationem, si quæ à parentibus clerici in favorem filiorum suorum fiat, & quod illa dicitur reciproca resignatio à Concilio prohibita, in qua pactum, & conventio de mutua facienda resignatione intervenit, quæ quidem prohibitio loquitur tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium
in favorem filiorum faciendas, ut referunt resolutum 29
Garcia *dicto cap.3. num. 82. in respons.* Armendar. *dicto loco, num.5.* Verùm si dempta fraude clericus habens filium renuntiat proprium beneficium in favorem filii alterius clerici, qui post aliquod tempus in remunerationem accepti beneficii reciprocè suum renunciat beneficium in favorem filii primi clerici renuntiantis, nulla committitur simonia, nec decisioni dicti Concilii Tridentini contravenitur. Ita ex Fr. Emman. *citat. loc.* resolvit Gironda *ubi suprà*, addens idem dicendum, licèt præcedat aliqua mentalis intentio reciprocæ renunciationis; quia à principio defuit talis pactio.

Cum hujusmodi illegitimis dispensare non valent 30
Episcopi, ut habeant eadem beneficia, quæ pater habuit teste Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de qualit. & statu benef. vers.2. quod sit illegit.* Geminian. *in cap. 1.n.8. vers. in glossa ibi, de filiis presbyt. in 6. gloss. fin. in dict. cap. ad abolendam*, me citato *in hoc loco*, Alzedo *de præcellent. Episcop. dign. part.2.c.9. num.36.* neque ad habendum ea, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit, aut in præsenti retinet beneficium, quia ad favorem illegitimorum, etiam ante clericatum paternum natorum, solus Papa, non ipsi Episcopi elargiri queunt hujusmodi facultatem, ut ait gloss. *verb. patiaris, in c.3. de filiis presb. glos. ultim. in cap. conquerente, eod. tit.* Mandos. *tract. de signatura gratiæ, sub tit. de dispens. ad beneficia in Ecclesia in qua pater*, refert, & sequitur Campanil. *d.lib.11.c.13.n.87.* me citato *in hoc loco*, Castr. Palao *d.punct.2.n.19.* Et dispensatio
debet esse in specie derogatoria Bullæ Clement VII. & 31
Concil. Trid. † ut illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, ubi pater habuit beneficium, Rebuff. *in praxi, tit. de disp. super defectu natalium, n.24. & 55.* Vna
† enim dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot 32
debent esse dispensationes, quot obstacula, Gemin. *cons.33.n.8.* Cassad. *decis.9.n.4. de præbend.* Rot. *decis.* 33
233.p.1. divers. † Neque generales derogationes, & clausulæ operantur, quando talia sint impedimenta, quæ difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum. Felin. *in c. nõnulli p.21. vers. quinta conclusio, de rescript.* Alex. *cons.195.n.10. lib.2.* Menoch. *de arbitr. cas.203. num.12.* Quo fundamento ita interminis Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 369.*

ALLEGATIO LXXII.

Episcopus quæ beneficia unire possit.

SUMMARIUM.

1 *Unio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo vel alio Superiore ob utilitatem, seu necessitatem facta annexio.*

2 *Unio tribus potissimum fit modis.*

3 *Episcopus confirmatus, licèt nondum consecratus, stando in jure communi antiquo potest unire beneficia & Ecclesias suæ diœcesis ex legitimis causis.*

4 *Unire potest Episcopus alicui Religioni beneficium, seu Ecclesiam suæ diœcesis.*

5 *Beneficium ob Episcopi negligentiam devolutum ad Papam potest Episcopus unire.*

6 *Beneficium, cujus collatio vigore concordiæ spectaret ad Capitulum, potest Episcopus unire.*

7 *Beneficia reservata uniri possunt per Episcopum, dummodo ex hujusmodi unione præjudicium non fiat expectanti auctoritate Apostolicâ beneficia illa.*

8 *Unire ad tempus, seu ad vitam non potest Episcopus.*

9 *Beneficia exempta, à jurisdictione Episcopi non valet ille unire.*

10 *Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia unire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur.*

11 *Capitulum Sede vacante potest unire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo per eam unionem jurisdictioni Episcopali nihil detrahatur.*

12 *Legatus de Latere potest unire beneficia provinciæ suæ legationis, absque tamen præjudicio Episcopi.*

13 *Archiepiscopus unire potest beneficia in sua diœcesi, non autem Suffraganeorum.*

14 *Abbates, atque alii Prælati Episcopo inferiores ita plenè subjectas sibi Ecclesias habentes, ut jurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente privilegio, aut consuetudine legitimè præscripta, possunt uniones facere.*

15 *Causa justa in unione requiritur, quæ in hac parte est necessitas, vel utilitas Ecclesiæ.*

16 *Unctio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam servata Iuris forma, est nulla ipso jure.*

17 *Citari debent ii omnes, quorum interest in unione facienda.*

18 *Ecclesiam subjectam Abbati, aut alii inferiori Prælato non potest Episcopus unire absque illius consensu.*

19 *Patroni consensus ixigitur, ut Episcopus Ecclesiam sui jurispatronatus unire possit.*

20 *Rectoris sive possessoris beneficii ab Episcopo uniendi consensus non exigitur.*

21 *Capituli Ecclesiæ Cathedralis consensus in unione per Episcopum facienda accedere debet.*

22 *Consensus Capituli in unione facienda per Episcopum, satis est si postea accedat.*

23 *Unio per Episcopum absque consensu Capituli fieri potest, extante consuetudine in contrarium.*

24 *In unione facienda ab Episcopo ipsi Capitulo, an sufficiat illius consensus, ostenditur.*

25 *Nullitas unionis ob defectum consensus Capituli, an possit opponi ab alio quàm ab ipso Capitulo, ostenditur.*

26 *Capituli consensus an exigatur in unione per Legatum facienda, ostenditur.*

27 *Possessor beneficii uniti attenta dispositione Concilii* sess. de reform. c 6. *non potest quadragenaria præscriptione se tueri, quominus liceat Episcopo unionem perpetuam à quadraginta annis citra factam examinare.*

28 *Beneficia diversæ diœcesis nulla ratione hodie Episcopus unire valet.*

29 *Capituli consensus an sit necessarius cum Episcopus uniones facit tanquam Sedis Apostolicæ delegatus.*

30 *Unio cujuscumque beneficii Curati Monasterio, ut cuicumque operi pio, seu beneficiis similibus prohibita.*

31 *Epscopus potest unire beneficia absque patroni Ecclesiastici consensu, si Iurispatronatus Ecclesiastici sint.*

32 *Beneficium liberum beneficio jurispatronatus potest Episcopus unire.*

33 *Ordinarius non potest concedere laico juspatronatus super beneficio libero.*

34 *Unio unius beneficii facta alteri accessoriè operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficii uniti.*

35 *Curam animarum non censetur habere, qui beneficium curatum habet accessoriè annexum alicui beneficio simplici.*

36 *Beneficii principalis natura, & qualitas attenditur, non autem annexi.*

37 *Unitum beneficium assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis.*

38 *Unita Ecclesia per unionem supprimitur, & omnia transferuntur in eam, cui fit unio.*

39 *Unita Ecclesia Parochialis possessa uti membrum alterius, non inducit incompatibilitatem.*

40 *Beneficium curatum annexum simplici assumit naturam simplicis.*

41 *Ætas viginti quinque annorum non requiritur ad Parochialem unitam accessoriè, & perpetuò, sed sufficit illa, quæ ad principalem requiritur.*

42 *Concursus non est faciendus in provisione dignitatum habentium unitam Parochialem perpetuò, & accessoriè.*

43 *Beneficium principale in impetratione sufficit tantum exprimi, nec opus est exprimere accessoriè unitum.*

44 *Dispensare potest Episcopus cum illegitimo ad beneficium simplex, cui unita est Parochialis.*

45 *Promotus ad Ecclesiam Parochialem, quæ est unita accessoriè alicui non Parochiali, minimè tenetur lege posita* in cap. licèt canon. de elect. lib. 6.

46 *Unio æquè principaliter quæ sit ostenditur.*

47 *Canonicatum obtinens, cui est unita Parochialis ad vitam, debet in Parochiali residere, & non in Canonicatu, ac facere mentionem in impetratione de utroque beneficio sic annexo.*

48 *Unio quomodo accessoriè, vel æquè principaliter facta cognoscatur? remissivè.*

49 *Unio non præsumitur, sed probari debet ab eo, qui factam asserit.*

50 *Unio probanda est per instrumentum, seu litteris ipsius unionis, vel ex diuturnitate temporis immemorialis.*

51 *Unio ex verbis enunciativis quando probetur? ostenditur.*

52 *Unio probari potest per confessionem partis adversæ, concurrentibus adminiculis, & conjecturis, & per testes deponentes de publica voce, & fama.*

UNio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio superiore facta annexio, Bapt. Caccialup. *in tract. de unionibus, art. 1.* Rebuff. *in praxi, tit. de unionibus benef. à n. 1.* Nicol. Garcia

Garcia *de benef. part.* 11. *c.* 2. *num.* 3. illo amplius addito, *ob utilitatem seu necessitatem Ecclesiæ*, ut colligitur ex Concil. Trid. *sess.* 24. *de reformat. c.* 13. & tradit Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi c.* 52. *in princ. n.* 2. me sæpissimè *in hac allegat.* citato, Castr. Pal. *in opere mor. tom.* 2. *tr.* 13. *disp.* 6. *pun.* 12. §. 1. *à princ.*

Tribus potissimùm modis fit unio.

2 *Primò*, ut ex duobus beneficiis unum fiat, ut probatur ex *c. decimas* 16. *q.* 1. aut si ex duabus Parochiis fiat unica.

Secundò, ut Ecclesia una alteri subjiciatur, & tunc unita erit accessoria, frueturque privilegiis principalis, cui unitur, *c. recolentes, in fine, de statu monach.*

Tertiò fit unio duorum beneficiorum, seu Ecclesiarum invicem æquè principaliter, ut per Rebuff. *loco citato, à n.* 11. *usque ad* 15. Filliuc. *tract.* 41. *de benef. c.* 3. *n.* 121. Hojeda *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 3. *n.* 2. Petr. Gregor. *de benef. c.* 20 *n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *q.* 2. Nicol. Garcia *d. c.* 2. *n.* 7. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 146. Gambar. *de officio & potest. Legati de latere, tit. de potestate Legati in uniendo*, *à princ.* me citato à Castro Palao *dict. punct.* 12. § 1. *n.* 2.

3 Episcopus stando in Iure communi antiquo potest unire beneficia & Ecclesias suæ diœcesis ex legitimis causis, ut probant text. *in c. sicut unire, de excessib. Prælat. & in c. exposuisti, de præbend. & in c. consultationibus, & in c. pastoralis, de donation. Clem. si una, de rebus Ecclesiæ*, cum similibus, Rebuff. *d. tit. de unionib. n.* 22. *& in repet. cap. extirpandæ*, §. *qui verò*, *de præbend. proœm.* 4. *& notab.* 3. *vers. de jure autem*, me citato *in hoc loco* Alzed. *de præcell. Episcop. dignit. p.* 2. *c.* 9. *n* 48. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 19. Azor. *d. c.* 28. *q.* 6 Nicol. Garcia *d. c.* 2. *n.* 62. Sanch. *dict. c.* 2. *num.* 147. Rot. *decis.* 133. *n.* 5. *part.* 2. *divers.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 111. & rectè quidem suæ diœcesis, cùm nequeat unire beneficia alterius diœcesis, Coccin. *decis.* 449. *n.* 3. Atque id potest Episcopus confirmatus, quamvis nondum consecratus sit, quippe quod hoc est jurisdictionis, ut bene docent Marian. Socin. *in d. c. sicut unire, art.* 4. *n.* 53. & 54. *q.* 10. Sanch. *d. c.* 29. *n.* 147. *in fine.*

4 Amplia *primò*, hoc ipsum non tantùm verum esse si velit Episcopus unire Ecclesiam sæcularem sæculari, sed etiam posse unire Religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis, ut docent glossl. *veb. denotentur*, per text. *ibi in Clem.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienan.* ubi Card. *in princip. n.* 4. *not.* 4. & *n.* 11. *q.* 7. Anchar. *n.* 4. *not.* 4. Imola *n.* 2. & 3. *not.* 2. & 3. & Bonif. *n.* 3. Mar. Socin. *in d. c. sicut unire, art.* 4. *q.* 4. *n.* 61. & 62. Calderin. *cons.* 5. *n.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* Doctores *in d. cap. consultationibus*, Selv. *de benef. p.* 3. *quæst.* 11. *n.* 126. Azor. *d. c.* 28. *quæst.* 19. Sanch. *d. c.* 29. *num.* 148.

5 *Secundò* amplia, quamvis collatio illius beneficii ob Episcopi negligentiam devoluta esset ad Papam, cùm alio jure devolvatur, alio autem uniatur, ut per Butr. *in d. c. sicut unire, n.* 10. & *ibi* Abb. *n.* 6. & Anchar. *n.* 5. Marian. Socin. sen. *à n.* 67. Boër. *dec.* 346. *ad finem.* Azor. *d. c.* 48. *q.* 15. Sanchez *d. c.* 29. *n.* 149.

6 *Tertiò* amplia, etiamsi collatio vigore concordiæ spectaret ad Capitulum, ut censuit Rota *in Oscen. Canonicatus*, 1. *Februarii* 1593. coram *Card. Seraphino*, & est inter ejus decisiones impressas *dec.* 1011. *n.* 2.

7 *Quartò* amplia, quamvis beneficia illa reservata sint à Pontifice, dummodò ex hujusmodi unione præjudicium non fiat expectanti authoritate Apostolica beneficia illa, ac proinde hæc unio effectum non habebit, nisi post expectantis mortem, vel donec illo beneficio privatus sit, ut per Abb. *in d. cap. sicut unire n.* 7. & *ibi* Anchar. *num.* 5. Cardin. *n.* 3. *q.* 3. & Marian. Socin. sen. *art.* 4. *quæst.* 6. *num.* 63. Gamb. *de auctoritate Legati lib.* 5. *tit. de potestate Legati in uniendo c.* 63. Boër. *decis.* 346. *ad finem*, Rebuff. *d. tit. de union. benef. num.* 31. Hojeda *de incompatib. benef. part.* 2. *c.* 3. *n.* 7. Sanch. *d. c.* 29. *n.* 150. Seraphin. *dec.* 1078. *num.* 5. latè Beltramin. ad Gregor. XV. *decis.* 419. *num.* 7. Verùm omnia in hac ampliatione contradictoria ad unam consonantiam reduci possunt si distinguantur duo casus. *Primus* est quando Papa simpliciter sibi reservavit collationem alicujus beneficii, tunc aut quæritur an Episcopus possit simpliciter unire? & dicendum est posse, quia reservatio non tangit aliud quàm collationem, quæ sicuti non impedit beneficium uniri, ita nec impedit unio ipsa collationem fieri, cùm beneficium possit esse eodem tempore, & collatum sine præjudicio unionis, & unitum sine præjudicio collationis, *cap. consultationibus, de donat.* & propterea hoc casu tenet unio, sed suspenditur ejus effectus donec reservatio consummetur ita, & non aliter: sic Rot. *dec.* 4. & 6. *de rebus Eccles. non alien. in antiq.* cum aliis per Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 91. & hoc procedit sive unio fiat ante reservationem, sive post, ut *in d. dec.* 4. *Alter* est casus quando Papa non simpliciter reservavit sibi collationem, sed quamcunque aliam dispositionem, illam expressè auferendo ab Ordinariis, & hoc sanè casu non potest Ordinarius unire, ut per Abb. *in d. c. sicut unire, sub n.* 7. *ad finem*, refert, & sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 29. *n.* 42. & 43.

Limita *primò* in unione ad tempus, seu ad vitam, 8
quia est interdicta Episcopo, ut per Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de modis provisionis, num.* 19. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. unio* §. 7. Azor. *d. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 7. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.* 84. Sanch. *d. c.* 29. *n.* 152.

Limita *secundò* in beneficiis exemptis à jurisdictio- 9
ne Episcopi; tunc enim nequiret Episcopus ea unire, utpote quæ suæ dispositioni subjecta non sunt, & ideo tunc unio pertinebit ad Pontificem, ut per Rebuff. *d. tit. de unionib. n.* 22. Hojed. *d. c.* 3. *num.* 7. Sanch. *d. c.* 29. *num.* 151.

Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia 10
unire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur, ut docent Marian. Socin. *in d. c. sicut unire, art.* 3 *n.* 43. *cum sequentibus*, Rebuff. *tit. de unionib. benef. n.* 37. & *tit. de forma Vicariatus, n.* 102. Anton. Cuch. *lib.* 2. *inst. canon. tit.* 8. *n.* 106. Hojed. *de incompatib. benef. part.* 2. *c.* 3. *n.* 7. *vers. non est etiam omittendum*, Sbroz. *de officio Vicarii lib.* 2. *quæst.* 115. & *quæst.* 116. *n.* 1. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 2. *c.* 31. *n.* 16. Azor. *d. c.* 28. *q.* 10. Nicol. Garc. *d. c.* 2. *num.* 69. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. dec.* 492. *in* 1. *editione*, aliàs *resol.* 383. *ante n.* 1. *in* 2. *edit. & d. Neapol. dec.* 198. *num.* 5. *part.* 4. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 278. *n.* 35. Sanch. *d. c.* 29. *num.* 123. Narbona *de appell. à Vicario ad Episcopum, p.* 1. *n.* 223. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 118. Mar. Anton. *var. res. p.* 1. *res.* 109. *n.* 1. Quamvis Hier. Gabr. *con.* 200. *num.* 3. *vol.* 1. teneat, hoc posse Vicarium ex suo officio.

Capitulum Sede vacante potest unire ea beneficia 11
quæ potest Episcopus, dummodò per eam unionem jurisdictioni Episcopali nihil detrahatur. Ita docent Doctores *in Clem.* 5. *de statu Monach.* Marian. Socin. *in dict. c. sicut unire, art.* 3. *n.* 40. *quæst.* 6. Caccialup. *de unionib. Eccles. art.* 3. *n.* 19. Perusin. *de unionib. c.* 5. *n.* 26. Rebuff. *d. tit. de unionib. numero* 36. Hojeda *d. c.* 3. *n.* 7. *vers. similiter Capitulum*, Azor. *d. lib.* 6. *c.* 28. *q.* 5. quos refert, & sequitur Sanch. *d. c.* 29. *n.* 155 quibus adde Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verb. unio*, §. 11. & *part.* 2. *verb. Capitulum.* §. 4. & *verb. unio*, §. 7. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c.* 85. *n.* 25. Quarant. *in summa Bullarii verb. Capitulum Sede vacante, q.* 9. *vers. qua conclusio*, Nicol. Garc. *dict. c.* 2. *n.* 67. & 68. Ragus. *de voce Canonicorum in Capitulo, q.* 16. quidquid dicat Cuch. *d. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 857. & Azor sibi contrarius *d. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 38. *q.* 9. Lotter. *d. q.* 28. *num.* 140.

12 Legatus de Latere cùm possit in sua provincia quicquid Episcopus in sua diœcesi, potest unire beneficia provinciæ suæ legationis, absque tamen præjudicio Episcopi. Ita tenent Abb. *in d.c. sicut unire, n.* 5. ubi Cardinal. *n.* 1. Imola *in fine*, Dec. *à n.* 19. Rebuff. *d. tit. de unionibus, à n.* 24. Gambar. *de officio, & potestate Legati, lib.* 5. ubi *de potestate Legati in uniendo beneficia, à n.* 40. Hojeda *d.c.* 3. *n.* 7. *vers. ulterius Legatus*, Azor. *d.c.* 28. *q.* 8. *& eadem p.* 2. *lib.* 5. *c.* 29. *q.* 14. quos refert & sequitur Sanchez *d.c.* 29. *n.* 158. quibus adde Nicolaum Garciam. *d.c.* 2. *n.* 65. Aloys. Ricc. *d. resol.* 383. *n.* 2. *& d. Neapol. dec.* 198. *n.* 2. *part.* 4. Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi c.* 5. §. 1. *n.* 1. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 116. *&* 117.

13 Archiepiscopus unire potest beneficia in sua diœcesi existentia, cum in ea eandem jurisdictionem exerceat, quam Episcopus in sua; sed nequit unire beneficia diœcesis suffraganeorum, ut resolvunt Mar. Socin. *in d. cap. sicut unire, art.* 3. *q.* 5. *n.* 35. Rebuff. *d. tit. de unionib. n.* 29. *&* 30. Hojeda *d.c.* 3. *num.* 7. Azor. *dict. cap.* 28. *q.* 7. quos refert, & Sequitur Sanch. *dict. cap.* 29. *num.* 156.

14 Abbates, atque alii Prælati Episcopo inferiores ita plenè subjectas sibi Ecclesias habentes, ut jurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente privilegio, aut consuetudine legitimè præscripta, possunt uniones facere, ut per Mar. Socin. *in d. cap. sicut unire, art.* 3. *n.* 41. *&* 42. gloss. *verb. Ordinarios, in Clem.* 1. §. *adhæc, de statu Monach.* plures quos refert Sanchez *d.c.* 29. *num.* 160. quibus adde Sbroz. *de officio Vicarii lib.* 2. *quæst.* 115. *n.* 12. Azor. *d.c.* 28. *quæst.* 10. Nicol. Garcia *d.c.* 2. *n.* 71. *cum sequentibus*, Aloys. Ricc. *d. resol.* 383. *num.* 3. *& d. Neapol. dec.* 198. *n.* 4 *p.* 4. Velut quando ad eos jurisdictio quasi Episcopalis pleno jure spectat, Rot. *in pract. de union. n.* 11. Petr. Gregor. *de benef. c.* 20. *n.* 7. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 113. ubi *à* 134. probat inferiores ab Episcopo posse uniones facere jure speciali, putà ex privilegio Apost. sive vero, sive præsumpto, ex immemorabili, vel ex quadragenaria cum titulo.

15 Ad hanc unionem per Episcopum, aliosque Prælatos suprà enumeratos ritè faciendam, requiruntur aliquæ conditiones, quarum prima est causa justa quæ in hac parte est necessitas, aut utilitas Ecclesiæ, ut expressè habetur *in cap. exposuisti, de Præbend. & in c.* 1. *de rebus Eccles. non alien. lib.* 6. & docent Rebuff. *d. tit. de unionib. n.* 38. Azor. *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 4. *&* 13. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 108. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 161. Necessitas est quando Præbenda, cui unio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum, *d.c. exposuisti*, ibi, *de redditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari*, Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. c.* 1. ibi, *propter eorum paupertatem*, censuit Rota coram *Cardin. Seraphino dec.* 1078. *n.* 4. Vel si Ecclesia sit destructa ab hostibus, vel desolata, *c.* 2. *de relig. domibus*, vel propter populi detrimentum, *cap. ad audientiam, il* 2. *& cap. fin. eod. tit.* Vel quãdo Ecclesiæ sunt vicinæ, & restant pauci de populo, aliis mortuis,
16 ut probatur *in c. & temporis* 16 *q.* 2. Vtilitas autem est quando propter fructuum tenuitatem non inveniuntur clerici idonei ad deserviendum, ut probant *d.c. exposuisti, & c.* 1. *ne Sede vacante*, ibi, *ne plus favisse personæ, quàm Ecclesiæ videremur.* Si verò sine causa, vel ex falsa causa, etiam servata Iuris forma, unio facta sit per Ordinarium, nulla est ipso jure, ut per Bursat. *cons.* 185. *n.* 13. *lib.* 2. Nic. Garc. *d.c.* 2. *n.* 113. ubi *n.* 117. resolvit subreptionem vitiare ipso jure unionem Apostol. Quicquid dicant prædictam unionem non esse ipso jure irritam, sed irritandam ope exceptionis, Mar. Socin. Rebuff. Azor. & alii plures, quos refert & sequitur Sanch. *d.c* 29. *n.* 175. Causæ unionis veræ non præsumuntur, etiãsi Ordinarius, vel delegatus eas inserat in unione, & asserat esse veras, sed juvans se unione tenetur illas probare, ut resolvit Nicol. *d.c.* 120. ubi *n.* 121. resolvit, quod si Ordinarius, vel Legatus in ipsa unione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum ejus assertioni, & præsumendum esse pro unione, donec contrarium probetur, etiamsi processerit parte non vocata, quia fortè tunc nullus aderat, qui deberet vocari, refert Ioan. à Cochier. *ad reg.* 13. *Cancell. n.* 27.

17 *Secunda* conditio est, ut citentur hi omnes quorum interest in unione facienda. Ita *Clem. unica*, §. *ad hæc, de statu Monach.* Rot. *decis.* 133. *n.* 4. *p.* 1. *divers.* Rebuff. *d. tit. de unionib. n.* 43. Azor. *d.c.* 28. *q.* 14. Hojeda *d.c.* 3. *n.* 9. Henriq. *cons.* 99. *n.* 6. Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *n.* 203. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. dec.* 486. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 377. *n.* 3. *in* 2. *edit. & iterum decis.* 491. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 302. *num.* 1. *in* 2. *edit.* Sanch. *dict. c.* 29. *n.* 163. Seraph. *dec.* 1078. Lotter. *d. q.* 29. *n.* 166. *cum seqq.*

18 Vnde si Ecclesia sit subjecta Abbati, aut alii inferiori Prælato, non potest Episcopus eam unire absque illius consensu, ut per Mar. Socin. *in dict. cap. sicut unire, art.* 4. *q.* 5. *n.* 62. ubi *art.* 6. *n.* 95. *concl.* 4. rectè ait exigi quoque consensum clericorum constituentium Capitulum cum eo Prælato inferiori, & *concl.* 3. *n.* 96. bene etiam dicit, exigi quoque consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis; refert Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 167.

19 Insuper si Ecclesia sit jurispatronatus, exigitur consensus patroni, ut Episcopus eam unire possit, quippe quod præjudicium fiat juri præsentandi competenti patrono per unionem illam; & ideo ut ea rata sit, exigitur ut patronus consentiat. Ita per *cap. suggestum, de jurepatr.* docent Mar. Socin. *in d.c. sicut unire, art.* 6. *concl.* 8. *n.* 98. Boër. *dec.* 345. *n.* 4. *in fine*, Lambert. *de jurepatron. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. Bertrand. *cons.* 73. *vol.* 4. Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 11. Navar. *cons.* 3. *num.* 2 *de jurepatron. in antiq.* Hojeda *d. cap.* 3. *num.* 9. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. dec.* 486. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 377. *n.* 1. *in* 2. *edit.* ubi *n.* 5. resolvit consensum patroni non præsumi, nec de eo stari assertioni Episcopi, Flamin. *de resignat. benef. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 11. Campan. *in divers. juris Canon. rubr.* 11. *c.* 13. *n.* 377. Azor. *d.c.* 28. *q.* 12. & sequitur Sanch. *d.c.* 29. *n.* 168. *& n.* 170. dicens etiam neutri patrono, tam sæcularis, quàm Ecclesiastico posse Episcopum præjudicium inferre, resolvitque satis esse subsequi consensum patroni. Et si plures patroni sunt, omnium requiritur consensus. Verall. *dec.* 246. *p.* 3. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 170.

20 Præterea non exigitur consensus Rectoris, sive possessoris beneficii ab Episcopo uniendi, aut si vacet, defensori illius beneficii, maximè quando unio debet sortiri effectum post Rectoris obitum, ut probat *Clem. fin. vers. quod si Rector*, ubi gloss. *verb. vocatus, de rebus Eccles. non alien.* & *ibi* Cardin. *quæst.* 1. *num.* 7. Anchar. *num.* 5. Rot. *decis.* 133. *num.* 14. *p.* 2. *divers.* Seraphin. *dec.* 1078. *n.* 3. Aloys. Ricc. *in d. praxi fori Eccles. resol.* 382. Nic. Garc. *d.c.* 2. *n.* 24. *& num.* 203. Sanch. *d. cap.* 29. *num.* 171. Ioan. Cochier. *ad reg.* 13. *Cancellar. n.* 28 Lotter. *d. q.* 28. *num.* 171. *cum. seqq.* Quòd si dicas præjudicium generari, quia impeditur ne cum alio permutari valeat, vel in gratiã alterius illi renuntiari, respondent Rebuff. *ad reg.* 21. *Cancel. de unionib. gl.* 11. *n.* 9. *&* 10. Hojeda *d. cap.* 3. *n.* 9. Azor. *d.c.* 28. *q.* 12. id præjudicium non esse considerabile, eo quod permutatio illa, & resignatio pendeant à voluntate Superioris, & sint modi extraordinarii comparandi beneficia: quare id præjudicium cedere debet utilitati communi ob quam unio beneficiorum fit: tum etiam, quia ex resignatione hujusmodi nullum, vel modicum infertur præjudicium illi cui est facta unio, cùm facile sit, ut contingat citius mori resignatarium, quam resignantem, Put. *dec.* 347. *n.* 5. *lib.* 2. *in novis*, Flamin. *de resign. lib.* 2.

*lib.2.q.9.ex n.*8 Steph.Gratian. *discept.forens.c.*278. *n.*29.Rot.*dec.*38.*n.*5.*p.*1.*recent.*Minimè etiam plebs vocari debet, nisi allegaret causam rationabilem, ne fieret unio, ut per Nic.Garc.*d.c.*2.*n.*219.ubi *n.*220. asserit resolutum *in Gerund.unionis*,20. *Martii* 1600. coram *Illust.Card. Sacrat.* Parochianos esse legitimas personas in causa hoc respiciente,cùm illorum intersit bonum habere Pastorem.

Tertia conditio est, ut accedat consensus Capituli
17 Ecclesiæ Cathedralis in unione per Episcopum facienda,ut expressè deciditur *in d.Clem.*1.*de rebus Ecclesiæ non alien. Clem.ne in agro,de statu Monach.* & docent Rebuff.*d. gloss.* 11.*n.*2. Fusch.*de visitat. lib.*2. *c.*26.*n.*5.Petr.de Perusio *de Vnion.c.*5.*n.*17. Hojed.*de incomp.benef.p.*2.*c.*3.*n.*9.*vers.tertiò requiritur.*Seraph. *decis.*1078.*n.*1.Azor. *d.c.*28.*q.*12. Nicol.Garc.*d.c.*2. *n.*145.Rot.apud Farin.*dec.*688.*n.*2.*p.*1.*recent.*ubi reddit rationem quare in donatione jurispatronatus solus consensus Episcopi requiratur, in unione verò Ecclesiæ requiratur etiam consensus Capituli, Aloys.Ricc. *in dec.Curiæ Archiep.Neapol.*198.*n.*17.*p.*4.Sanch.*d.*
18 *c.*29. *n.*165. ubi addit quòd si Canonici consentire
19 nollent,& justa causa unionis faciendæ subesset, possunt compelli.

Sed circa hanc conditionem aliquæ suboriuntur difficultates.

Prima est, an consensus ille præcedere debeat, an potius satis sit si postea accedat? Et communiter Doctores respondent satis esse si postea accedat, argum. text.*in c.cum nos,& in c.cura,de jurepatron.*Ita docent Boër.*dec* 345.*num.*3.& 4.Rebuff.*d.gloss.* 11.*num.*20. & 21.quos refert,& sequitur Sanch.*d.c.*29.*num.*165, quibus adde Azor. *d.q.*12. *in fine*, Nicol.Garc.*d.c.*2. *n.*147. *cum seqq.* & Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*278.*n.*30.

20 *Secunda* est: Vtrùm extante consuetudine in contrarium possit fieri unio per Episcopum absque consensu Capituli; Affirmant.Fusch.*d.lib.*2.*c.*26.*n.*5.Petr. Greg.*de benef.c.*20.*n.*6.Nicol.Garc.*d.c.*2.*n.*152. ubi *n.*153. intelligit de consuetudine generali, quæ esset propriè consuetudo,& non præscriptio. Quamvis hujusmodi consuetudinem in contrarium non valere teneant gloss.*verb consentiente,in Clem.si una,*ubi Imola,& Bonif.*à n.*16. Abb.*n.*2.& Felin.*in cap.cùm causam,n.*10.& 20.*de sent.& re jud.*

21 *Tertia* est: Vtrum in unione facienda ab Episcopo ipsi Capitulo sufficiat illius consensus? Non sufficere, cum non possit auctorizare in facto proprio, sed requiri auctoritatem Papæ,resolvunt gloss. *verb.mensæ, in dict. Clem. si una.* quam sequuntur *ibi* Card. *n.*3.& Abb.*n.*6.& alii, quos refert, & sequitur Nic. Garcia *d.c.*2.*n.*168. & censuit Rota *in Perus. benef.*4. *Iulii* 1608. coram *Peña*, ubi quod in unione, quæ fit ad favorem Capituli,quam ipsum potest auctorizare, requiritur auctoritas Papæ,etiamsi non fiat vigore Concilii *sess.*21. *de reformat.c.*5. Si verò unio fieret alicui Dignitati,vel Præbendæ,sufficere Capituli consensum & non requiri auctoritatem Papæ, censuit Rot. *decis.* 788.*n.*4. *p.*1.*div.* quod etiam locum habere, quando unio fit omnibus præbendis distinctis, non simul, separatim, & distinctè unicuique post multos, quos refert,resolvit Nic.Garc.*d.c.*2.*n.*170.& ejusdem sententiæ sunt Gonz.*ad reg.*8. *Cancel. gloss.*37.*n.*25. Stephan.Grat.*discept.forens.c.*274.*n.*34.*in fine.*Aloys.Ricc. *in praxi fori Eccles.dec.*488.*in* 1.*edit.aliàs resol.*379. *n.*4. *in* 2. *edit.*

22 *Quarta* est: Vtrum nullitas unionis ob defectum consensus Capituli possit opponi ab alio quàm ab ipso Capitulo? A nullo posse opponi, cùm hæc exceptio illi soli concedatur, censuit Rot. *dec.*133.*n.*10. *part.*2.*divers.* resolvit Stephan. Grat. *discept. forens. c.*278.*n.*30. Contrarium tamen, ut quilibet scilicet, qui haberet interesse, possit dare de tali defectu, cum solemnitas hæc sit introducta favore Ecclesiæ, & sic favore publico, amplexa est eadem Rot.*in Vercellen. unionis*,23.*Aprilis* 1610.coram *Cardinal.Lancellotto juniore*,& iterum *in Gerud.hebdomadariæ*,3.*Iunii* 1613. coram *Card.Pamphilio*, impressa per Farin.*dec.*455. *n.*5.*part.*2. *recent.*

Quinta est. An in unione hac à Legato de Latere 26
facienda exigatur consensus Capituli? Illum non requiri,eo quòd hujusmodi Legatus nullum consortium cum Capitulo habeat,tenent Boër.*dec.*513.*num.unic.* Gambarupt. *de officio & auctorit. Legat. tit.de potest. Legati ad unienda beneficia, n.*58. Hojeda *d.c.*3.*n.*9. Ego verò cum Mar. Socin. *in d. c. sicut unire, art.*6. *concl.*14.*n.*115.quem refert,& sequitur Sanch.*d.c.*29. *c.*166. sic distinguendum esse judico; si eam unionem faciat ut Pontificiæ commissionis, in qua consensus Capituli mentio non fiat, non exigetur is consensus, quia tunc non unit ut Ordinarius,sed ut Pontificis delegatus; quare sicut Pontifex potest absque consensu Capituli unire, ita & ipse. Si autem id faciat ex sua potestate Ordinaria, indiget consensu Capituli, quia tunc non ampliorem in beneficiis uniendis habet potestatem,quàm Episcopus.Si ergo hic indiget consensu Capituli, ergo & ille.

Hæc omnia supradicta circa has uniones proce- 27
dunt attento Iure communi antiquo; attento verò noviori Concilii Tridentini multa sunt aucta, alia verò correcta, ut singula singulis referendo ostendam. Et

Primò colligo,aut correctum esse, aut saltem au- 28
ctum Ius commune per Concil. Trid. *sess.*7.*de reformat.c.*6. nam Iure communi poterat possessor beneficii uniti se tueri præscriptione illa ferè quadragenaria, ne Episcopus de illius valore cognosceret, vel ne integrum unionis effectum impediret, aut si adhuc Episcopus instaret,cum solam potestatem Ordinariam ad id haberet, licet possessori sic vexato ad Archiepiscopum, cujus ille Episcopus suffraganeus est,appellare; at hodie attento illo Trid. decreto *in d.c.*6. non potest se illa præscriptione tueri, quominus liceat Episcopo unionem perpetuam à quadraginta annis citra factam examinare, & si nondum integrum effectum sortita sit,impedire,nisi constet ex legitimis causis factam esse,& si possessor velit appellare, nequit ad Archiepiscopum, sed ad solum Pontificem,quia in eo decreto conceditur Episcopo, ut tanquam delegatus à Sede Apost. procedat in ea causa. Ita Sanch.*d.c.*29. *num.*179.

Secundò colligo per Concil.Trid.*sess.*14.*de refor-* 29
*mat.c.*9.correctum esse Ius antiquum,quippe quod eo attento integrum erat Episcopo unire beneficium suæ diœcesis cum altero alienæ diœcesis, accedente consensu Episcopi illius,ut bene tradit Marc.Socin.*in d.c. sicut unire,art.*4.*q.*13.*n.*80.& *art.*6.*concl.*11.12.& 13. *n.*102.103.& 104. At verò attento illo Conc. Trid. decreto *in d.c.*9.nulla ratione licet unire beneficia diversæ diœcesis, & docent Fusch. *de Visit.lib.*1.*c.*26.*n.* 24.Zerola *in praxi Episc. p.*1. *verb. unio* §.8. Nicol. Garc.*d.c.*2.*n.*85.Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.*30.*tract.*3.*n.*302.Aloys.Ricc.*in praxi fori Eccles. dec.*492.*in* 1.*edit.aliàs resol.*383.*n.*5.*in* 2.*edit.*Sanch. *d.c.*29.*num.*180.

Tertiò colligo in Concil.Trident. *sess.*21.*de refor-* 30
*mat.c.*5. cum conceditur Episcopis facere quorumcunque beneficiorum uniones, etiamsi illa reservata sint, confirmari Ordinariam Episcoporum auctoritatem, qua poterant unire Ecclesias & beneficia suæ diœcesis,etiamsi illa reservata essent,ut dixi suprà *n.*7. augerique hanc potestatem, quia attento Iure antiquo poterant sola potestate Ordinaria. At attento Trid.decreto possunt quoque potestate delegata, ut constat ex Concil. *ibi, possint Episcopi etiam tanquam Sedis Apost. delegati.* Quare licere Episcopis utraque potestate

state procedere, & quando sic procedunt, ad solum Pontificem appellari posse docet Sanch.*d.c.*29.*n.*181. & conducunt dicta per me *alleg.*92.

Dubium tamen extat,an attento hoc decreto Concilii *d.c.*5.integrum sit Episcopis unire beneficia absque sui Capituli consensu, quod utens sua potestate Ordinaria nequibat.Sunt duæ sententiæ,una tenet Capituli consensum non esse necessarium, cum Episcopi uniones faciunt tanquam Sedis Apostol. delegati, quam tuentur Navar.*cons.*10.*de officio delegat.in novis*,& Zerola *in praxi Episc.p.*2.*verb.Vnio*,§.9.Altera verò, cui tanquam probabiliori adhæreo,asserit exigi consensũ Capituli,sequuntur Nicol.Garc.*d.c.*2.*n.*158. Aloys.Ricc.*in praxi Eccles.dec.*487.*in* 1.*edit.aliàs resol.*378. *in* 2.*edit. & d. Neapol. dec.*198.*n.*15. *cum seqq.p.*4. Sanch. *d.c.*29. *n.*183.

30 *Quartò* colligo correctum esse Ius commune per Concil.Trid.*sess.*24.*de reformat.c.*13.quippe quod Iure communi non erat restricta facultas Episcopi ad unienda beneficia Curata Monasteriis,aut aliis beneficiis; at Concilio Trident.attento,interdicta est unio cujuscunque beneficii Curati Monasterio,aut cuicunque operi pio, aut beneficiis simplicibus,referunt Zerol.*d.verb.Vnio* § 2. Azor. *d.cap.*28.*q.*17. Nicol.Gar*d.c.*2.*n.*86 Sanch *d.c.*29. *n.*184. Et Parochialis unio ita est prohibita à Concilio ut etiam aliqua pars ejus fructuum uniri non possit, prout referunt decisum Nicol.Garcia *d.c.*2.*num.*87.Aloys. Ricc.*in praxi fori Eccl.dec.*492.*in* 1. *edit. aliàs resol.*383. *n.*5.*in* 2.*edit.* Parochias verò, quæ certos fines non habent, sed certum tantùm populum, & per certas familias distinguuntur,uniri posse, quia Decretum illud Concilii *d.c.*13.prohibens Ecclesias Parochiales uniri,locum habet, quando verè sit Ecclesia Parochialis, & habeat certos fines, aliàs non, referunt decisum Nicol. Garcia *dict.c.*28.*n.*88 & Gonzal.*ad regul.*8.*Cancell. gloss.*6.*n.*96.qui etiam *gloss.*5 §.7.*n.*46.resolvit salvari, & excipi posse uniones, quæ fiunt pro fundatione, augmento, vel conservatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum, ad Fidei Catholicæ defensionem & propagationem, bonarumque artium cultum.

31 *Quintò* colligo correctum quoque esse jus commune per Concil Trid. *sess.*24. *de reformat.c.*5. nam attento Iure communi, in unione facienda per Episcopum Ecclesiæ jurispatronatus, exigebatur consensus patroni,sive sæcularis, sive Ecclesiastici,ut suprà dixi: sed Concil. Trid. *d. c.*5. concedit supprimi aliquas prebendas Ecclesiæ Cathedralis,ipsisque aliqua beneficia uniri per Episcopum cum patronorum consensu,si de jurepatronatus laicorum sint.Quare à contrario sensu concedit,ut possit id efficere absque consensu patroni Ecclesiastici: ita docet Sanch.*d.c.*29.*n.*185. ubi *n.*186.probat hanc potestatem esse delegatam, & *n.*187. similiter probat, stantibus supradictis Conc. Trid.decretis integrum esse Episcopo uniri Religioni beneficium aliquod, sicut poterat Iure communi attento,ut suprà dixi *ampl.*1.*&* *n.*188.resolvit posse Episcopum statuere,ut id beneficium sæculare ab ipso Religioni unitum,regatur per Religiosos,idque statutum operari dispensativè cum Monacho præficiendo illi beneficio,quamvis aliter Episcopus nequeat dispensare super hanc translationem.

Sextò colligo, quod licèt de Iure permissum sit uniones per suos prædecessores factas quandocunque revidere,& si minus Canonicæ sint,illas dissolvere, & irritare, sive per viam simplicis gravaminis, adhibito consilio Capituli, nisi detrectet consentire, sive per viam judiciariam, citatis iis, quorum interest, prout hos duos modos,sive vias proponit Oldrad.*cons.*262. *n.*5. non tamen eidem est permissum retractare uniones factas per Sedem Apost.*c.*1. *&* 2 *de confirm.utili*, Rot.*dec.*737.*n.*2.*p.*2.*recent.*Proindéque respectu unionum, quæ processerunt à Sede Apost.& nihilominùs per obreptionem & subreptionem fuerunt extortæ, opus fuit provisione Concilii *sess.*7.*de reformat.c.*6.ut videlicet reviderentur per Episcopum tanquam ipsius Sedis Legatum, quæ tamen ne induceretur summa aliqua rerum perturbatio, restricta legitur ad uniones factas intra quadraginta annos retroactos, quod tempus computatur ex die,quo auctoritate Pontificis Concilium fuit promulgatum,Azor. *inst.moral. p.*2.*lib.*6.*c.*28.*q.*22. Zypæ.*in analyt.lib.*5. *de excessib. Præl.sub n.*1.*vers.ubi computari*,Sanch.*d.c.*29.*n.*178. Lott.*d.lib.*1.*c.*29.*à n.*10 Zer.*d.verb.unio*,§.6.ubi refert decisum possessorem duarum Parochialium, quæ per consuetudinem à 40. annis citra tanquam unitæ semper sine collatione collatæ fuerunt, molestandum non esse.

Illud in hac materia est maximè observandum, quod licèt Episcopus non possit unire beneficium jurispatronatus,insciis & spretis patronis,*c.cùm debitus, de jurepatr.*Caputaq.*decis.*346.*part.*3. Flamin.*de resignat.lib.*2.*q.*4.*c.*11.Franc.Leo *d.p.*2.*c.*31.*n.*13.Mar. Antonin.*d.lib.*1. *resol.*109.*n.*2. ubi *n.*12. id intelligit procedere nisi patroni passi fuerint uniri hujusmodi beneficium; nihilominùs tamen poterit Episcopus unire beneficium liberum beneficio Iurispatronatus, ut censuit Rota *in Firmana Altaris*,9.*Iunii* 1608.coram *Card. Marquemont.*apud Farin.*dec.*222. *p.*2.*recent.* ex ea ratione, quia non reperitur Iure cautum, quod Episcopus beneficium liberum unire non possit beneficio patronato, quin potius falcultas uniendi competens Ordinariis refertur ad omnia beneficia. Rebuff *d.tit.de union.n.*4.*&* 6.Hojeda *de incompatib. benef.p.*2.*c.*3.*n.*6.& Petr.de Perus.*de unionib.c.*4.*n.*28. dicit notandum,quod potestas Episcoporum circa jus uniendi, non reperitur de Iure restricta, nisi tantùm quoad Ecclesias Cathedrales, & diversarum Religionum.Idemque *c.*6.*n.*2. dicit observandum esse, quod Iura loquentia de unione Ecclesiarum,non distinguunt de qualitate ipsarum; sed simpliciter, & absolutè dicunt unam Ecclesiam posse uniri alteri; quodque ista unio beneficii liberi ad beneficium patronatum fieri possit,videtur supponere S.Concil.Trident.*sess.*35.*de reformat.c.*9. *vers.insuper*,dum revocat ex hujusmodi unionibus illas quæ non sunt effectum sortitæ, quacunque auctoritate etiam Apostolica concessæ fuerint, ponderando illam dictionem, *etiam*, quæ cùm implicativa, & extinctiva sit, Calderin. *in Clem.*1.*in fine,de sent.& re judic.* apertè comprehendit uniones factas ab Ordinariis.

Non obstat quod Ordinarius non potest concedere laico juspatronatus super beneficio libero, Abb. *consil.*106.*n* 4.*&* *cons.*28.*lib.*2.Roch.*de jurepatron. verb. pro eo quod de diœcesanis*,*q.*16.Lamber.*in similitract. lib.*2.*p.*1.*art.*4.*q.*10.*n.*4 Quia respondetur id non procedere quando Episcopus ex causa facit de beneficio libero patronatum, ut declarat Abb. *d.cons.*106. & Roch. Lamb.*d.q.* 10 *n.*5. *&* 6.& si unio facta fuit ex causa legitima,videlicet ob tenuitatem redditum beneficii patronatus,Rebuff.*d.tit.de union.n.*39.Vel respondetur aliud esse quod Episcopus possit concedere juspatronatus super beneficio libero,aliud quod possit unire beneficium liberum beneficio jurispatronatus,& differentiæ ea ratio est, quia primo casu beneficium liberum reducitur ad servitutem;in secundo autem casu post unionem beneficium unitum non habetur amplius uti beneficium,sed uti prædium beneficii,cui unitum fuit, ex infrà dicendis.

His sic constitutis, & resolutis circa potestatem Episcoporum in uniendis beneficiis, tam Iure communi antiquo, quàm noviori Concilii Trid. attento, necessarium duxi circa secundum unionis modum, qui forsan frequentior est, aliqua prælibare, quæ ad plura deservire possunt.Et in primis adverto unionem beneficii factam alteri accessoriè, operari extinctionem,

nem,& suppressionem nominis,& tituli beneficii uniri,itaut amplius beneficium dici non possit,sed judicatur ut prædium ejus , cui fit unio. Ita Rot. *decis.*758. *n.*6.*p.*1.& *decis.*113.*n.*16.*p.*2.*diverf.*& *decis.*199.*n.*5. & *decis.*710.*n.*2.*part.*2 *recent.* Coccin.*decis.*328.*n.*1. & apud Puteum *decis.*6.*de unionib.*plures,quos refert, & sequitur Nicol. Garcia *d.c.*2.*num.*12. Flamin.*de resignat. benef. lib.*2. *q.*8.*n.*3. & *lib.*3.*q.*1.*num.*120. & *lib.*12.*q.*3.*n.*47.Gonzal.*ad regul.*8.*Cancell gloss.*1.§.7. Valasc.*consult.*14.*n.*1.Flores *ad Gam.decis.ult.*Lotter. *d. lib.*1. *q.*28. *num.*98. Et sic non intitulatur quis in Parochiali annexa, sed in beneficio principali, Franc. *in c.*1.*n.*6.*de filiis Presbyterorum,lib.*6.Nic.Garc.*p.*11. *cap.*5.*n.*193. Lotter.*d. q.*28.*n.*104. & † non censetur habere curam animarum, Felin.*in cap.in nostra,de rescriptis,corollar.*10.Dec.*in cap.ad aures,eodem tit.n.*13. Menoch.*de arbitr.lib.*2.*casu* 201.*n.*97.Navarr.*cons.*13. *n.*4.*de rebus Ecclesiæ,in novis* Quintanadueñas *Ecclesiasticon lib.*4.*n.*70.Nicol.Garcia *d.q.*11.*c.*5.*n.*194.†Et ita attenditur tantùm qualitas , & natura beneficii principalis,non autem annexi, gloss.*verb.Ecclesias,in Clement.per litteras,de præbendis*,ubi Card.*q.*17.Imola *à n.*9.Abb.*n.*5. Bonifac.*à num.*20. Nam † unitum assumit naturam,consuetudines,& privilegia principalis,cui est annexum, gloss.*verb. unire, in c.*& *tempore* 16.*quæst.*1.glos.etiam *verb.uniendo,in c.*1.*ne Sede vacante.*Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.d.*§.7.*à n.*2.D.Barbosa *in l.quia tale,n.*95.*in fine.ff.soluto matrim.* Et † per unionem supprimitur Ecclesia unita, & omnia transferuntur in eam,cui fit unio,Rota *in Illerden.dismembrationis*,27.*Ianuarii* 1593.coram *Illustriss.Seraphino*, inter ejus impressas *dec.*1009. *n.*4.

Primò ex dictis infertur , Ecclesiam Parochialem possessam uti unitam,& membrum alterius,non inducere incompatibilitatem, Rot. *diverf.dec.*76. *n.*3.*p.*1. Garcia *d. p.*11. *c.*5. *n.*195. ubi etiam resolvit , quod † unum beneficium Curatum annexum simplici, assumit naturam simplicis, & citat Rebuff. *in praxi,tit.de non promotis, n.*31. Valasc.*consult.*14.*n.*1. Lessium *de justit.lib.*2.*c.*34.*n.*148. Azor.*inst.moral.p.*2.*lib.*6.*c.*28. *q.*20. *in fine.*

Secundò infertur ad Canonicatum,seu Dignitatem, cui est unita Parochialis accessoriè, & perpetuò , non requiri ætatem viginti quinque annorum, sed sufficere ætatem ad Canonicatum , seu Dignitatem requisitam : ita decisum referunt Henriq. *cons.*32. *n.*4. & *seqq.*Piasec.*in praxi nova Episc.p.*2.*c.*5.*n.*21.*pag.*330. Nic.Garc.*d. part.*12.*c.*2.*n.*26. Galet.*in margarita casuum conscientiæ , verb. Canonicus* 5. & *verb. Parochus*, Gonzal. *ad regul.*8. *Cancell. gloss.*9.*n.*4. Aloys. Ricc.*in praxi fori Ecclesiast.dec.*735.*in* 1.*edit.*& *resolut.*312.*in* 2. *edit.*

Tertiò infertur , in provisione Dignitatum habentium unitam Parochialem perpetuò,& accessoriè,non esse faciendum concursum ; ita decisum referunt Galet.*in margarita casuum conscientiæ, verb. beneficium, pag.*24. Nicol.Garc.*p.*9.*c.*2.*n.*193. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell. gloss.*5.§.7.*n.*13. & *gloss.*6.*n.*162. Less.*de justit.lib.*2. *c.*34. *n.*82.

Quartò infertur in impetratione principale beneficium tantùm exprimendum, nec opus esse exprimere unitum accessoriè,Menoch.*d.casu* 205.*n.*67.Rota Romana *diverf.dec.*786.*sub n.*3.*p.*1. Selv.*in tr.de benef. p.*3.*q.*12.*n.*64. *verf.*14.*qualitas*, Flam.*de resig.lib.*10. *q.*1.*n.*36. Azor.*d.c.*18.*q.*20. Campan.*in diverf.Iuris Canon.rubr.*11.*c.*13.*n.*8 ;.Garc.Nicol.*d.c.*2.*n.*20. ubi *n.*28.refert in Rota decisum , quod in beneficio unito non habet locum regula de triennali.

Quintò infertur Episcopum posse dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex , cui est unita Parochialis.Geminian. *in cap.*1. *n.*12. *de filiis Presbyterorum,lib.*6. Rebuff.*in tract.nominat. quæst.*16.*num.*27. Ioannes Maria Bellet. *disquisit. clericalium p.*1. *tit.de disciplina clericali*, §.3. *n.*34. Campanil.*d capite* 13. *num.*83. Stephan. Gratian.*disceptation.forens.c.*273. *num.*47.

Sextò infertur promotum ad Ecclesiam Parochialem,quæ est unita accessoriè alicui non parochiali,minimè teneri lege posita *in c. licet Canon,de elect.in* 6. uti resolvit Azor. *d.p.*2.*lib.*6.*c.*8.*q.*8.

Vnio verò facta æquè principaliter nihil aliud operatur , nisi ut Rector unius sit Rector alterius , & utrumque beneficium manet beneficium , sicut anteà erat,& quælibet Ecclesia in suo statu,& honore remanet,& proprios redditus agnoscit,& gaudet suis privilegiis,gloss.*in d.cap.*& *temp.* & *in d.c.*1.& *in d.Clem. per litteras*,Rebuff.*d.tit.de unionibus,n.*5.& post alios quos refert,optimè resolvit Nicol.Garc.*d.cap.*2.*n.*37. ubi *n.*38.asserit † idem quando unio facta est ad tempus,seu ad vitam,& *n.*39.*cum sequentibus*,asserit obtinentem Canonicatum,cui sit unita Parochialis ad vitam,debere in Parochiali residere,& non in Canonicatu,ac facere mentionem in impetratione de utroque beneficio sic annexo.

Quomodò autem unio accessoriè,vel æquè principaliter facta cognoscatur ? Vide Mascard.*de prob.conclus.*1418.Menoch.*de præsumpt.lib.*6.*q.*80.*n.*6. Rota Romam.*diverf. dec.*114.*p.*2. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancell. gloss.*5.§.7. *à n.*120.

Ex *reg.*12.*Cancellariæ* quisque Romanus Pont. revocat omnes uniones,suppressiones,& dismembrationes,sive Apost. sive quacunque alia auctoritate factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum , præterquam si sint factæ in executionem decretorum sacri Concil. Trid.ut patet ex regula,quæ tamen non se extendit ad factas ex causa necessaria,putà dotationis,vel augmento dotis necessario pro sustentatione cultus divini, Mohedan. *dec.*7.*n.*1.*de privil.* Crescent. *dec.*1.*n.*1.*de Paroch.* Put.*dec.*331. & 337.*lib.*1. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.glos.*597.*n.*49.Genuens.*in pract.Eccles.q.*440. Seraph.*dec.*982.Gregor.XV.*dec.*419.*n.*3.ubi Beltramin.*n.*6.Lotter.*d.lib.*1.*q.*29.*n.*15.ubi *n.*17.subdit dici causam necessariam ex donatione, vel augmento dotis,ubicunque vel nulla est dos,vel ita tenuis ut prorsus insufficiens sit ad sustentationem ministrorum,& *n.*19. *cum seq.* asserit verba unionis esse perpendenda , ut si dicatur unionem factam ut commodè ministri sustentari valeant, jam concluditur ad necessitatem,secus si dicatur ut commodius , vel pro commodiori sustentatione. Vnde Beltramin. *d. loco* , ex Puteo *d. dec.*337. *lib.*1. ac Rotæ decisionibus , hoc intelligi debere ait quando augmentum est necessarium , secus autem si est voluntarium : & ideo *in Valentina subsidii* , 14. *Martii* 1616. fuisse dictum subdit unionem factam mensæ Capitulari subjacere revocationi,quia non censetur facta ex causa necessaria , cum Capitulum per prius sine dicta unione se sustentaverit.

Vnio cùm sit quid facti,& odiosum,non præsumitur, sed probari debet ab eo , qui factam asserit , Rebuff.*consil.*8.*verf.*5.*respondetur*,Masc.*d.concl.*1418.*n.*1. & 2.Menoch.*d.q.*80.*n.*1.Rota Roman.*diverf.dec.*557. *n.*5.*lib.*3.*p.*3.†Probanda est igitur unio per instrumétum,seu litteras ipsius unionis,Mascard.*concl.*587.*n.*1. Zerol.*in praxi Episcop.p.*2.*verb.unio*,§.8.Vel ex diuturnitate temporis , immemorialis scilicet , Menoch. *d.q.*80.*n.*5 Flor.*variar.lib.*1.*q.*10.*n.*19.Cacheran.*Pedem.dec.*116.*n.*11.Put.*dec* 238.*lib.*1.& *dec.*209.*lib.*2. necessaria enim est immemorabilis , vel quadragenaria possessio cum titulo putativo, Rot.*decis.*233. *sub n.*5.*verf.nec per tempus, p.*1.*recent.*Lotter.*d.quæst.*28. *num.*105. † Vel etiam probatur unio ex verbis enunciativis plurium instrumentorum antiquissimorum supra centum annos,in quibus talia beneficia tanquam unita enunciantur, Mascard.*d. concl.*1418.*n.*12. Put. *dec.*290.quæ est *in novis* 204.*lib.*2.Caputaq.*dec.*344. *n.*2.& *dec.*347.*à n.*2. *p.*3. Veral. *dec.*344. & 347.*p.*3.

Seraph. *dec.*1272.*in princ.* Rot. apud Farin.*dec.*626. *n.*2.*p.*1.*recent.*ubi etiam fuit dictum, hujusmodi enunciativas, licèt non sint individuæ unionis, tamen sufficere quod virtualiter eam contineant, *&* *dec.*724.*n.*3. *par.*1.*recentior.* *& in Barcinonen. Vicaria*,9. *Februarii* 1624.coram *R.P.D. Merlino*,Lott.*d.q.*28.*n.*106. *cum seqq.* præcipuè si essent enunciativæ factæ simul ab Episcopo, & Capitulo, qui possunt unire, Mantic. *dec.*35.*n.*6.*&* *dec.*359.*n.*7.Rot.*dec.*580.*part...recentior.*Lott. *d.q.*28. *num.*108. Et instrumenta ad minus duo requiri, ex pluribus Rotæ decisionibus tenet Nicol. Garcia *d.cap.*2. *num.*259. ubi *num.*258. intelligit si emanaverint à personis non suspectis, & *à n.*260. *cum sequentibus*, tenet instrumenta antiqua illa dici,
54 quæ sunt centum annorum. † Probari etiam potest unio per confessionem partis adversæ, concurrentibus adminiculis, & conjecturis. Masch.*d.concl.*1418.*n.*15. Nicol. Garc.*d.c.*2.*n.*273.& demùm probari per testes deponentes de publica voce & fama, vel antiquas collationes, censuit Rota *d.dec.*726.*à n.*4.*p.*1.*recentior.*

ALLEGATIO LXVII.

Episcopus præbendas ad pauciorem numerum quando reducere possit.

SVMMARIVM.

1 *Supprimere præbendas in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus quando possit Episcopus, ostenditur.*
2 *Præbendas extinguendi Collegiatarum non insignium, nullam habet Episcopus potestatem.*
3 *Capitulo Sede vacante non licet supprimere portiones vigore Concilii* sess.24. de reform.c.15.
4 *Suppressionem præbendarum tenuium facere non potest Collegiatæ Ecclesiæ Prælatus, licèt sit exemptus, & Ecclesiæ insignis. Collegiata insignis quæ dicatur? ostenditur. ibid.*
5 *Suppressio tituli nunquam fieri debet, nisi redditus Ecclesiæ diminuti probentur.*
6 *Redditus Ecclesiæ aucti potius, quàm diminuti in dubio præsumuntur.*
7 *Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.*
8 *Interpretatio illa fieri debet, quæ sit favorabilis augmento cultus divini.*
9 *Suppressio & extinctio alicujus dignitatis, vel præbendæ, non potest fieri ab Episcopo ex causa cum consensu Capituli, quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, nec etiamsi id caderet in utilitatem Capituli.*
10 *Supprimere potest Episcopus cum consensu Capituli præbendam, & applicare singulis Canonicis, vel singulis de Capitulo.*
11 *Prælati seculares jurisdictionem habentes quasi Episcopalem, non possunt supprimere ejus beneficia etiam in casibus in quibus Episcopi possunt in sua diœcesi.*
12 *Vicarius Episcopi, seu Capituli Sede vacante non potest supprimere aliquod beneficium etiam in his casibus.*
13 *Prælati Regulares supprimere non possunt beneficia Regularia suarum Ecclesiarum.*
14 *Collegiata in Ecclesia si supprimatur aliqua præbenda ultra consensum Capituli Cathedralis, an requiratur alius Capituli ipsius collegiatæ, ostenditur.*
15 *Redditus præbendarum, seu beneficiorum, cùm eorum aliqua supprimenda sunt, quomodo taxandi, remissivè.*
16 *Dismembratio, seu diminutio Beneficii eandem causam, & solemnitatem requirit, quam unio postulat, seu alienatio rerum Ecclesiæ.*
17 *Rectoris, vel defensoris vocatio in dismembratione Beneficii requiritur, & aliæ solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ.*
18 *Dismembratio beneficii causa cognita, & de consensu Rectoris valet.*
19 *Parochialis pinguedo est causa sufficiens dismembrationis.*
20 *Episcopus non potest dismembrare fructus unius beneficii, & illos alteri applicare sine solemnitatibus.*
21 *Dismembrationis causa sufficiens est pinguedo Parochialis.*
22 *Dismembrare non potest Episcopus fructus unius beneficii, & illos alteri applicare sine solemnitate in alienatione bonorum Ecclesiæ requisita, & de consensu Rectoris.*
23 *Dismembrare non potest Ordinarius beneficia Curata, ac unire beneficiis simplicibus.*

CVM Beneficiati non debeant esse in Ecclesia plures, quàm quot possunt ex redditibus illius sustentari, *cap.*1.ubi Abb.*de institut.* ideò in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeóque tenues sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, nec illis uniri aliqua simplicia beneficia possunt, licitum est Episcopis, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, si de jurepatronatus laicorum sint, quarum fructus & proventus reliquarum Præbendarum distributionibus quotidianis applicantur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ commodè valeant respondere. Ita Concil. Tridentin.*sess.*24. *de reformat. cap.*15. Zerola *in praxi Episcop. part.*1. *verb. beneficia*, §.1. *vers.*11. Moneta *de distribut. quotid. quæst.*1. *cap.*5.*à num.*27. Gonzalez *ad regul.*8 *Cancell.gloss.*5.§.7. *à num.*147. Ioan.Selv. *in tract.de re benef.part.*4. *quæst.*7.*n.*130. *cum sequentibus*, Roch.de Curte *de jurepatr. verb.pro eo quod de diœcesani consensu, quæst.*12 *sub n.*27.Lambertin.*eod.tractat.lib.*3. *quæst.*6.*art.*7. *n.*10. *cum seqq.* Garc.*de benefic. part.*12.*cap.*1.*num.*2. *&* 4 Monet.*de commutat. ultim. volunt. cap.*12.*num.*113. Vgolin.*de offic.t.*52.§.1.*n.*4. me citato *in hac allegatione*, Castr. Palao *in opere moral. tom.*2. *tract.*13. *disp.*6. *punct.*9. §.6. *&* 10.

Quod quidem solùm in suppressionibus perpetuis non autem ad tempus, locum habere resolvit Moneta *dict.c.*12 *num.*289. & quod etiam solùm in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus locum habet, in aliis verò nulla datur Episcopis potestas extinguendi præbendas, ut augeantur distributiones, etiam ad augmentum cultus divini, ut decisum refert idem Moneta *d.q.*5.*n.*28.Et quod † Episcopus potest cum Capitulo Dignitatem Ecclesiæ supprimere propter diminutionem redditiuum, resolvunt Abb.*in cap. cum M, num.*1.ubi Rip.*n.*20.*de constitut.*Felin.*in cap. cum accessissent, n.*23.*eod.tit.*Rebuff.*in praxi benef.tit. de union. n.*23. & illis citatis censuit Rot. *in Forolivien. Decanatus*,4. *Iunii* 1590.coram *Illustriss.Cardin. Mantica* inter ejus decisiones impressas *decis.*114.*n.*2. Et non licere Capitulo Sede vacante supprimere beneficia vigore Concilii Trident.*d.c.*15.asserunt Cuch.*instit.major.lib.*2 *tit.*9.*n.*87. Azor.*instit.moral.p.*2.*lib.*3. *c.*38.*q.*9.*in med.* Monet.*d. c.*12.*n.*117. *& d.q.*5.*n.*29. ubi *n.*30. resolvit † Collegiatæ Ecclesiæ Prælatum hanc supergressionem præbendarum tenuium facere non posse, licèt sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cùm hoc solum Episcopis Concilium concesserit cùm suorum consensu Capitulorum.

Cùm

Cùm suprà mentionem fecerim de Collegiatis insignibus, in quibus posse Episcopum supprimere præbendas, juxta formam Concil. Trident. *d.cap.*15. minimè verò in aliis insignibus pariter ostenderim, non abs re dubitari posset quæ tales dicantur? In primis Card. Mantic. *Rotæ decis.* 175. *n.* 2. ad ostendendum quod Collegiata, de qua in ea decis. agebatur, non esset insignis, asserit hoc probari ex numero Canonicorum exiguo, modicis redditibus, & qualitate servitij, ac depositionibus testium, tracíque hoc esse arbitrarium, citans Doctores *in cap. statutum, de rescript. lib.*6. & Alberic. *in dictionar. verb. insignis*, quibus addo Lap. Specul. Tiraquell. & alios apud Menoch. *de arbitr. casu* 158. *n.* 4. In dijudicatione hujusmodi insignitatis fieri potest consideratio ex qualitate loci, prout decisum videtur *à Sacra Ritnum Cõgregatione in una Collegiatæ Ecclesiæ S. Pauli oppidi Civitatis novæ, Firmanæ diœcesis*, ad instantiam D. Ludovici Centofloreni, qui obtinuit prædictam Collegiatam dici insignem, eo quòd oppidum in quo sita est, insigne reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc est Focularium 820. quatuor Regularium, & unum Sanctimonialium Monasteria ibi existentia, copia peritorum, & nobilium: refert Joan. Anton. Massobr *in tract. de Synodo Episcopi, c.*4. *dub.*14. *n.*9. *& seq.* & ego ipse *in collect. ad cap. ult. n.* 3. *de verborum significat.* ubi *in addit.* de prælatione Canonicorum Collegiatarum insignium in omnibus actibus, & sessionibus publicis, refert idem Massobr. *in sua praxi habendi concursũ pralud.*2. *dub.* 3. *secundùm Roman. impress.* Et locus insignis quando dicatur, vide Navar. *cons.*1. *aliàs* 3. *de verbor. signific.*

Cùm suppressio hujusmodi tendat ad diminutionem divini cultus, atque ideo difficiliùs permittatur, *c. cùm accessissent, cap. ex parte, de constit.* ideo exigit causam præcisè necessariam, quæ secundùm Petrum Gregor. *de benef. c.* 19. triplex est. Prior quidem est fructuum diminutio, quæ assignatur per text. *in c. ult. de verb. signif.* cum adductis per Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 28. *à num.* 80. ubi ostendit qualiter articulanda & justificanda sit hujusmodi fructuum valoris diminutio, & ait non in genere esse articulandam, sed in specie cum sua causa, cùm possit esse temporaria, & ubi deficit causa hæc testibus cognita, articulandum esse valorem per decem annos continuos retroactos, computato fertili cum sterili; deinde subdit, non simplicem diminutionem articulandam, sed talem ut persona idonea non possit cum fructibus illis vivere, & ferre omnia onera, & denique *n.*85. post Seraph *dec.* 1385. *n.*3. tenet articulandam, probandámque istam diminutionem non simpliciter, sed habito respectu quantitatis assignatæ à principio fundationis, aliàs non concludere; certum est enim suppressionem tituli nunquam fieri debere, nisi redditus Ecclesiæ diminuti probentur, *d. c. ex parte, de*
6 *constit.* Fel. *in c. constitutis, n.*2. *de rescriptis.* † Et in dubio redditus Ecclesiæ aucti potius, quàm diminuti præsumuntur, Angel. *cons.*174. *n.*4. *in fine.* Seraph. *dec.*
7 1385. *n.*5. Lotter. *d. q.*28. *n.*29. † Et beneficia de sui natura præsumuntur congrua, *c. nemo, de consecr. dist.*1. Caputaq. *decis.*62. *n.*1. *p.*1. tenuit Rota *in Calaguritana beneficij de Iocano*, 9. *Aprilis* 1601. coram *Illustriss. Seraphino*, & est inter ejus decisiones impressas
8 *decis.*1585. † Et interpretatio illa fieri debet, quæ sit favorabilis augmento cultus divini, ut tenuit eadem Rota *in una Calaguritana portionis de Narbaia*, 2. *Julij* 1589. coram *R. P. D. & in Burgen. reductionis beneficiorum*, 17. *Novembris* 1610. coram *Illustriss. Card. Bononien.* postea S. D. Greg. XV. impressa per Farin. *decis.*316. *n.*4. *p.*2. *recent. Secunda* est causa reducendi numerum quando fuit in eo excessum contra determinationem fundatoris, quam videtur agnovisse Justin. *in auth. ut determ. sit num. cler.* Lotter. *d. q.*28. *n.*93. *Et tertia* denique ubi in nimiam esset effusus multitudinem. Lotter. *ubi suprà, num.* 94.

Hæc suppressio, & extinctio alicujus Dignitatis, 9
vel præbendæ (quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu Capituli, ut resolvit Nicol. Garc. *de benef. p.*12. *cap.*1. *à num.*2. ubi *n.*11. intelligit si Episcopus sit auctor ipsius dismembrationis) non habet locum quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, prout resolvit glos. *verb. mensæ suæ, vers. item facit, in Clem. si una, de rebus Ecclesiæ non alien.* quam ibi sequitur Card. *n.*1. Gamb. *de officio Legati, lib.*5. *rubr. de dismembr. n.* 22. Abb. *in cap. cum accessissent, n.*3. *de constitut.* & neque etiam hoc posse Episcopum, quamvis bona illius, & Capituli sint divisa, si id cederet in utilitatem Capituli, quia fructus applicantur ipsi Capitulo, seu mensæ Capituli, tenent Butr. & Imola *in d. cap. cùm accessissent*, & *ibi* Felin. *n.* 22. ac Dec. *num.* 57. Sed verius est quod † licèt mensæ Ca- 10
pituli applicare non possint Episcopi fructus præbendarum suppressarum, cùm agatur de interesse ipsius Capituli, & ipsum auctorizare non possint in facto proprio; tamen si vellent applicare uni præbendæ, vel etiam singulis, possent, quia tunc non auctorizarent in facto proprio, cùm aliud sit applicare Capitulo, aliud singulis Canonicis, seu singulis de Capitulo, prout tenet Imol. quem sequitur Decius *d. cap. cùm accessissent, à n.*54. & Hieron. Gabr. *consil.*186. *lib.*2. dicens, quod potest item Episcopus cum consensu Capituli supprimere præbendam, dignitatem, aut officium, ejus fructus applicando non Capitulo, sed distribuendo inter singulos Canonicos, assignando scilicet cuique Canonico, vel præbendæ certam portionem, quo casu dicit procedere *cap. cùm accessissent*, quicquid reprobet Monet. *d. cap.*12. *num.* 245.

Cùm Tridentina Synodus *d. cap.* 15. concedat ex- 11
pressè, licere Episcopis cum consensu Capituli, & Episcopi scilicet, supprimere beneficia, & non utatur verbo *Ordinariis*, quod latè patet, jam sequitur hujusmodi facultatem Episcopis tantùm, & non aliis convenire, ac proindè Prælatos sæculares jurisdictionem habentes quasi Episcopalem supprimere ejus beneficia non posse, etiam in casibus, in quibus Episcopi possunt in sua diœcesi, resolvunt Nicol. Garc. *d. c.*2. *num.*75. *& seq.* Monet. *d. tract. de comm. ult. volunt. cap.*12. *à n.*124. † Sic etiam Vicarium Episcopi, & 12
Capituli Sede Episcopali vacante supprimere non posse aliquod beneficium, etiam in casibus, in quibus is posset cujus est Vicarius, tenet Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.*2. *q.*116. *n.* 9. Monet. *d. c.*12. *à n.*129. † Sic etiam Prælatos Regularium supprimere non 13
posse beneficia Regularia suarum Ecclesiarum, neque sæcularia in illis, aut aliis Ecclesiis existentia, etiamsi in iis habeant jurisdictionem quasi Episcopalem, resolvit Monet. *d. cap.*12. *num.* 135.

In suppressione beneficiorum juxta formam Con- 14
cilij *d. cap.*15. facienda regulariter necessarius est consensus patroni, sive Ecclesiastici, sive laici, ac inferioris collatoris, & electorum. Ita per Concil. *d. c.*15. tenent Garc. *d. cap.*2. *num.*202. *& à n.*285. Monet. *d. cap.*12. *n.*226. Circa tamen consensum Capituli, qui intervenire debet in his suppressionibus faciendis, illud considerandum est, quod licet cùm agitur de supprimendis aliquibus præbendis, seu earum numero minuendo in Ecclesia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non sit, juxta terminos Concil. *in d. cap.*15. omninò requiratur consensus, vel certè vocatio Capituli prædictæ inferioris Ecclesiæ, ratione interesse, quod in tali suppressione, seu diminutione prætendere posset; tamen requiritur etiam consensus Capituli Cathedralis, quod decisum fuisse refert Monet. *d. cap.*12. *num.* 250. ubi *num.* 251. resolvit sufficere hujusmodi consensum tacitum, seu quod superveniat post actum, licèt ex intervallo.

Quomodò autem taxandi sint redditus præbenda- 15
rum, seu beneficiorum, cum eorum aliquot suppri-

menda sunt, seu quæ redditiuum portio, & quantitas remanere debet in singulis præbendis, seu beneficiis illius Ecclesiæ non supprimendis, vide latè per regulas
16 Monet. *d.c.* 12. *d.n.*255.

Dismembratione autem, seu diminutione beneficii (quæ prohibita fuit in Concilio Turonensi, ut legitur *in cap. majoribus,& in cap.tua, de præbend.* permissa ex causa, ut *in cap. ad audientiam, de Eccles. ædifican.*) eædem causæ,& solemnitates requiruntur,quæ in unione,seu alienatione rerum Ecclesiæ, Rot *decis.*1.*de rebus Eccles.non alien.in novis,& in Aquilana nullitatis erectionis*,24. *Maii* 1610.coram *R. P. D. Pirouano*, apud Farinac.*decis.*239.*n.*5.*p.*1.*recent.* Gambar.*de officio,& potest.Legati de Latere lib.*5.*tit. de dismembratione,à n.*14.& sic consensus Capituli, Pavin.*de potestate Capituli Sede vacante*, 3.*q.*2.*part.n.* 19. Mandos. *regul.*22.*q.*13.*n.*8.& 9.Nicol.Garc.*de benefic.part.*12. *c.*3. Lotter. *de re benefic. lib.*1. *q.*28. *nu.*21. ubi dicit quod non sufficit consensus singulorum de Capitulo,
17 sed requiritur consensus capitulariter, Rota *dict.decis.*239. *num.*5. Requiruntur † etiam vocatio Rectoris, vel defensoris, & solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ, *c.*1.*de rebus Eccles. non alien. in* 6. *c.*1.*n.Sede vacante*,glos.*verb.defensor. in c.*1.*de rebus Eccles.*Mandos. *d.q.*13.*num.*12.Gamb. *de offic. Legati, lib.*5.*rub.de dismembrat.n.*14.& 15.Marc. Anton.Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c.*75.*n.*17.& 18.Rot. *Romana in una Toletana beneficii*, 12.*Octobr.*1579.co-
18 ram *Card.Seraphino*,est inter ejus impressas *decis.*314. ubi fuit tentum † dismembrationem beneficii causa cognita, & de consensu Rectoris valere. Et *in altera Toletana beneficii*, 2. *Decembris*,*ejusdem anni* 1579.coram eodem *Card. Seraphino*, & est inter ejus decisio-
19 nes impressas *decis.*428. fuit resolutum † pinguedinem Parochialis dici esse causam sufficientem dismembrationis. Et *in alia Mediolanen. dismembrationis*,28.*Ianuarii* 1596.coram *ipsomet Cardinal.Seraphi-*
20 *no*,*decis.*1062.dictum fuit † non posse Episcopum dismembrare fructus unius beneficii, & illos alteri applicare sine solemnitatibus in alienatione locorum Ecclesiæ & consensu Rectoris, quod iterum tenuit eadem Rota *in una Salernitana Parochorum*, 1.*Ian.*1611. coram *Illustriss.Card. Bonon.* nunc Sanctissimo D. nostro Gregor. XV.& est apud Farin.*p.*2.*recent. dec.*348.*n.*2. latè Lotter.*d.lib.*1.*q.*28.*n.*5.*cum seqq.* ubi quod vocatio Rectoris est omnino necessaria propter grave præjudicium,quod ei infertur, & *n.*10. quod si vocatus Rector noluerit consentire, possit Episcopus eo invito (si subsit justa causa) procedere ad talem dismembrationem, & à *n.*14. quod si consensus non exigit scripturam, nec ut expost fiat, dummodò procedat tractatus in quo deliberetur, dismembrationem fieri oportere propter Ecclesiæ utilitatem & *n.*17.ait talem consensum debere esse expressum, & explicitum,& à *n.*24. ait justam causam in hac materia reputari causam, quæ impleat animarum periculum, cui alia ratione non potest prospici, juxta terminos *cap. ad audientiam de Eccles. ædif.*aliquando tamen vel sola pinguedo redditiuum unius & exilitas fructuum alterius Ecclesiæ reputatur justa causa pro dismembratione, ut ibidem *n.*25. resolvit.

21 Dismembrare non potest Ordinarius beneficia Curata, ac unire beneficiis simplicibus. Item nec potest separare ab Ecclesiis Parochialibus beneficia simplicia, sive oratoria,si illis unita essent, quamvis illis separatis parochiales non egeant, referunt decisum Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles.dec.*492. *in* 1.*edit.*Nicol. Garc. *de benef.part.*12.*c.*2.*n.*87.

ALLEGATIO LXVII.

Episcopus in Parochiis multiplicandis, & creandis dignitatibus, ac Ecclesiis in Collegiatis erigendis, quam habeat auctoritatem.

SUMMARIUM.

1 *Parochias novas constituendi, etiam invitis Rectoribus,facultas Episcopi conceditur, ubi ob locorum distantiam ad divina officia audienda parochiani accedere non possunt.*

2 *Episcopi arbitrio relinquitur quantum una Ecclesia ab altera distare possit, ut commodè Sacramenta sumere inde possint Parochiani.*

3 *Appellare an liceat à decreto erectionis Parochialis facta per Episcopum, ostenditur.*

4 *Parochialem dividere potest Episcopus sine majoris partis parochianorum consensu.*

5 *Capellanus Ecclesia noviter erecta,quibus concurrentibus recipere debeat obventiones villa, & parochianorum, ad quorum commodum fuit instituta, ostenditur.*

6 *Parochiam dividere tanquam Sedis Apostolica delegatus potest Episcopus, etiamsi subjecta sit Regularibus, ubi ob locorum distantiam ad divina officia audienda parochiani accedere non possunt.*

7 *Parochialis separatio non est facienda ob locorum distantiam, quando in loco minimè difficili oratorium adesset, vel Ecclesia cum fonte baptismali.*

8 *Papa solus potest erigere Collegiatam Ecclesiam in Cathedralem, & Episcopalem in Metropolitanam.*

9 *Papa an solus possit erigere Ecclesiam in Collegiatam, ostenditur.*

10 *Dignitates inferiores an possit Episcopus creare, ostenditur*, & n.11.& 12.

13 *Ecclesiam simplicem in Curatam, & parochialem an ex causa possit erigere Episcopus, ostenditur.*

14 *Beneficium Curatum quando dicatur,ut in simplex converti non possit per Episcopum, remissivè.*

1 VBi ob locorum distantiam sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda parochiani accedere non possunt, Episcopis conceditur auctoritas etiam invitis Rectoribus, novas Parochias constituendi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, assignata Presbyteris præficiendis Ecclesiæ noviter erectæ congrua portione ex fructibus Ecclesiæ matricis; & si necesse fuerit,compellendi populum eam subministrare, quacunque reservatione generali, vel speciali,vel affectione super dictis Ecclesiis non obstantibus. Ita disponit Sac. Concil.Trident. *sess.*21. *de reformat. c.*4. *vers.Iuris* & antea text. *in c.ad audientiam* 3. *de Eccles.ædific.*concordat.Concil. ult.Brachar.*tract.* 4.*c.*26. latè tractant Mandos. *in praxi signaturæ,tit.Erectiones* Zerola *in praxi Episc. part.*1. *verb. Parochia*, §.6. *pag.*263.Azor. *instit. moral. part.*2. *libro* 3. *cap.* 12. *quæst.*7. me citato *in hoc loco*, Alzedo *de præcellent. Episcop.dign. part.* 2.*cap.*9.*num.*47.Matth.Suar. *in pract. & ordine visitandi*, *cap.*4. *num.*1. Rebuff. *in tract. de decimis*, *quæst.*6. *num.*21. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.*2.*cap.*2. *num.* 68. Rota *in Aquilana*

Aquilana nullitatis erectionis, 10. *Maij* 1631. coram *R.P.D. Piroüano*, apud Farin. *decis.* 482. *part.* 1. *recent.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 554. *in* 1. *edit. & resol.* 476. *in* 2. *edit.* Henriq. *consil.* 80. Joan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 75. Piasec. *in praxi nova Episcop. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 1. Vnde si intra mœnia civitatis includatur antiqua Parochia, ad quam saltem noctu pateat accessus Comitatensium, qui illi prius suberant, justa subest causa aliam Parochiam extra civitatem erigendi, ut in casu Lapi *alleg.* 66. *in princ. & num.* 1. quem refert, & sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 16. Similiter si extet medius fluvius, vel torrens intra Ecclesiam, & partem populi illi subjecti, qui sæpe exundans ita iter obsideat ut aliquandu cogantur infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ mori, hæc similiter reputabitur justa causa, ut probat text. *in d. cap. ad audientiam*, ubi gloss. *in verb. magna difficultate, de Eccl. adific.* Lotter. *d. q.* 28. *n.* 27. ubi citat Rot. *in Lucana dismembrationis*, 9. *Maij* 1611. coram *Ottembergo*.

Pro justa autem causa non reputabitur loci distantia, vel etiam angustia Ecclesiæ, si per novam ædificationem, aut ampliationem Ecclesiæ, atque in loco accessibili possit his difficultatibus occurri, exigit enim Canon non quamlibet necessitatem, sed necessitatem evidentem, *in cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* Ita Rota *in d. Aquilina nullitatis erectionis*, Lotter. *d. q.* 28. *à num.* 29. Minusque reputabitur pro justa causa numerositas populi, cui succurri potest per multiplicationem ministrorum, ut *in Elboren. dismembrationis*, 18. *Novembris* 1600. coram *Justo*, Lotter. *d. q.* 28. *num.* 28. nam quando solus Curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non potest, non dari justam causam dividendi Parochiam, sed adhibendi ministros coadjutores, censuit Rota *d. decis.* 484. *n.* 5. *in fine*, & Episcopum in vim decreti Concilij *d. cap.* 4. *in princ.* non posse erigere coadjutoriam, sed utique cogere Rectorem ad adjungendum sibi tot sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis ministrandis, refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, num.* 43.

2 Episcopi arbitrio, relinquit S. Conc. *d. loco*, quantum una Ecclesia ab altera distare possit, ut commodè Sacramenta sumere inde possint parochiani, prout resolvunt Rebuff. *in praxi benef. part.* 1. *tit. de erect. in curat. & paroch. num.* 9. optimè Menoch. *de arb. cas.* 497. *per totum*, Aloys. Ricc. *d. resol.* 476. *num.* 5.

3 ubi etiam advertit † à decreto erectionis, uti facto per Episcopum, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, licere quidem appellare, sed solum ad Sanctissimum Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione, præcipuè sine figura judicij, quoniam ab ordinationibus factis in visitatione per Ordinarium non appellatur, saltem quoad effectum suspensivum, tanquam ab executione constitutionis Conciliaris, ut alibi dixi,

4 Unde cùm novissimo Jure tota causæ justitia in Episcopi arbitrio resideat, poterit ipse majoris partis parochianorum consensu circa separationem agere, ut advertit Aloys. Ricc. *d. resolut.* 476. *num.* 6. explosa illorum resolutione, qui tenent requiri consensum majoris partis parochianorum; & si sunt plures plebes, & terræ sunt aut sub uno Rectore, aut Curato majoris Ecclesiæ, quæ tamen sint tanquam corpora separata, debere consentire saltem duas partes ex tribus singulorum corporum, de quo Bim. *cons.* 184. *à n.* 23. Henriq. *cons.* 80. *num.* 15. & 16. Nec ideo admitterem Abb. doctrinam *in d. cap. ad audientiam, col.* 5. resolventis debere intervenire ad secundæ Ecclesiæ ædificationem consensum parochi, seu Curati primæ, cùm Concil. *d. loco*, illo invito Episcopis auctoritatem concedat novas parochias constituendi, dummodò tamen sine præjudicio, nimirum possidentis, fiat, ut declaravit *Congr. Cong.* Episcopo Andr. *de anno* 1594. teste Piasec. *in praxi nova Episcop. d. cap.* 5. *num.* 1.

Diligenter quoad erectionem novæ Parochiæ observandam esse dispositionem text. *in d. cap. ad audientiam*, monet Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 45. quæ non habet locum nisi pluribus concurrentibus, videlicet. *Primò*, ut reservetur jus præsentandi Rectorem novæ Ecclesiæ Matricis, à qua fit dismembrario, quasi in recompensam, inquit gloss. *ibi, in verb. Rectoris*, quod intelligitur ubi Ecclesia antiqua contulit de suo pro dote Ecclesiæ noviter erectæ, ut *ibi*, per Abb. *n.* 10. neque hinc quæritur patronatus consanguineis Rectoris, sed ipsi Ecclesiæ. *Secundò*, ut eidem novæ Ecclesiæ Rectori assignentur pro ejus sustentatione oblationes pro modo Parochiæ dismembratæ, quo nomine veniunt etiam decimæ, ut latè disputat, & concludit Lap. *d. alleg.* 66. *n.* 33. *vers. quæro igitur, & n.* 4. *&* 5. itaut Ecclesia filialis sic de novo erecta habeat fundatam intentionem super perceptione decimarum, contra matricem, Rebuff. *de decim. q.* 6. *n.* 14. *&* 23. Lotter. *d. q.* 28. *n.* 48. Rota *decis.* 178. *p.* 1. *recent.* quæ necessitas assignationis decimarum non est præcisa, sed causativa, in defectum scilicet aliorum redditum Ecclesiasticorum Mandos. *cons.* 31. *n.* 9. *ad fin.* atque ideo si aliàs congruè dotetur Ecclesia, nihil est quin decimæ debeantur, maximè si concurrat observantia, ut censuit Rota *decis.* 19. *n.* 9. *& dec.* 448. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* *Tertiò* tandem, ut competens honor in ea pro facultate loci matrici Ecclesiæ reservetur, ut dicit idem text. *in d. c. ad audientiam*, id est annua aliqua pensitatio arbitrio Episcopi moderanda, inquit gl. *ibidem, in verb. honor.* Lotter. *d. q.* 28. *n.* 51. ubi *n.* 53. ait se non negare, quin etiam in signum subjectionis possint matrici Ecclesiæ reservari ea, quæ aliàs jure Parochiæ in filialem transfunderentur, ut sunt non solùm ipsæ decimæ, sed etiam jura sepulturæ, & baptizandi.

Capellanus Ecclesiæ noviter erectæ tribus concurrentibus, recipere debet obventiones villæ, & parochianorum, ad quorum commodum fuit constituta, videlicet si antiqua baptismalis redditibus abundet, si ædicula fit necessaria, si non habeat sufficientes redditus ad sustentationem Presbyteri: alioquin si fundator, vel parochiani concederent redditus sufficientes, tune non teneretur Ecclesia baptismalis quicquam concedere, ita Rebuff. *de decim. q.* 6. *num.* 22.

Amplia supradicta procedere, etiamsi Ecclesiæ subjectæ essent Regularibus, prout *Sacr. Congr.* censuisse refert Franc. Leo *d. cap.* 2. *num.* 69. 6

Limita, nisi in loco minimè difficili, nec incommodo oratorium adesset, vel Ecclesia cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessariis, ibique proponeret in sui adjutorium Sacerdotem, qui ibidem resideret, & Sacramenta posset administrare; quia tunc non posset fieri separatio, ex Menoch. *cons.* 477. *n.* 9. & Baptista Costa *de remediis subsid. remed.* 76. resolvit Aloys. Ricc. *d. resol.* 476. *n.* 6. novissimè me citato *in hoc loco*, Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.* 3. *cap.* 3. *dub.* 8. *num.* 7. 7

Cùm solus Papa Ecclesiam Collegiatam erigere possit in Cathedralem, & Episcopalem in Metropolitanam, *c.* 1. *ne Sede Vacante*, Azor. *inst. moralium, p.* 2. *lib.* 5. *c.* 29. *quæs.* 25. *& lib.* 6. *c.* 30. *quæs.* 2. *&* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 5. *n.* 1. Monet. *de commut. ult. vol. c.* 11. *n.* 251. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. Rota *decis.* 612. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* cum aliis citatis suprà *alleg.* 50. *n.* 5. † Non exilis hinc oritur dubitatio, an etiam solius Papæ sit erigere Ecclesiam in Collegiatam? In qua affirmativa opinio communior est, & receptior, ut concludunt Rebuff. *in sua praxi benef. tit. de erect. in Collegiatam*, Filliuc. *tract.* 41. *de benef. cap.* 3. *n.* 112. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *q.* 25. *& c.* 3. *quæs.* 2. quod tutius videtur Fusch. *de visit. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 6. sequitur Joan Ant. Massobr. *in sua praxi habendi concursũ, præl.* 2. *dub.* 1. Ferentil. *in annot. ad dec. Buratti* 112. *n.* 14. Lotter. *d. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 58. 8 9

cum seqq. ubi *n.*49. attestatur ita censuisse *Sacram Congreg. Concilij in una Conversana*, 27. *Junij* 1626. & *n.*53. subdit debere patronum assentire, si Ecclesia quæ desideratur in Collegiatam erigi, patronata sit; quamvis Nicol. Garc. *de benef. p.*12. *cap.*5. *n.*4. dicat aliquando Ecclesiam erigi in Collegiatam per Episcopum, licèt solear fieri auctoritate Papæ. Collegiata ex quibus signis dignoscatur, & probetur? Vide Massobr. *d. prel.*2. *n.*7.8. *& seqq. & n.*15. *& dub.*2. *n.*10. *& seq.* Rot. *decis.*482. *n.*4. *& dec.*315. *n.*3. *&* 4. *part.*2. *recent. dec.*673. apud Farin. *part.* 1. *recent.* Potissima autem Collegialitatis signa sunt quod Canonici consueverunt congregari ad libitum principalis dignitatis illorum capitis, seu illius, ad quem de Jure, vel consuetudine spectat congregare Capitulum, ad sonum campanæ, & quod habeant sigillum commune, ac essent quoque communia alia, itaut fructus communiter dividerentur, colliguntur hæc ex Achil. *decis.*3. *n.*2. *&* 3. *de præb.* Fabric. *in praxi benef. tit. de benef. in Cathed. & Colleg. num.*3. Mantic. *decis.*175. *n.*1. *& dec.*215. *n.*1. Gregor. XV. *decis.*482. *n.*4. Lotter. *d lib.*1. *q.*14. *n.*71. *cum seqq.* Rota *in Placentina Præpositura*, 26. *Aprilis* 1627. impressa *p.*5. *diversor. dec.*56. *&* 4 *Decembris* 1628. coram *R. P. D. Piroüano, & in Cremonen. Præpositura*, 24. *Maij* 1621. coram Remboldo, *in Asculana Plebanię*, 13. *Januar.* 1624. coram *R. P. D. Merlino.*

10 De reliquis autem inferioribus Dignitatibus DD. variè sentiunt, quidam enim affirmant Episcopum posse hujusmodi inferiores Dignitates creare, ex quorum numero sunt Innoc. referens gloss. *verb. concessimus, in cap. cùm olim, de consuet.* Selv. *de benef. p.*1. *q.*4. *n.*18. *& p.*4. *q.*7. *n.*20. *casu* 116. ubi citat Bertach. *de Episcopo, p.*2. *lib.*4. & alios, & videtur sentire Seraph. *decis.*1495. *num.* 1.

11 Alij verò negant, ut sunt gloss. *verb. omnes, in cap.*122. *dist.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. exactiones, vol.*1. *vers. pro nova erectione,* Imol. *in d. cap. cùm olim, n.*1. Rom. *in l. impium, sub n.*2. *vers. item potestatem interponendi auctoritatem ff. de jurisd. omnium judic.* Abb. *Clem. fin. n.*12. ubi gloss. *verb. mensæ suæ, de rebus Ecclesiæ non alien.* Zerol. *in praxi Episcop.* 1. *verb. beneficia, vers. ad dignitates assequendas,* ubi refert secundùm hanc opinionem fuisse ab Urbe responsum: refert Monet. *de Conserv. c.*5. *n.*69. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. dec.*382. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.*322. *in* 2. *edit.* & sequi videtur Filliuc. *tract.*41. *de benef. cap.*3. *n.*114. Valenz. *tom.*1. *cons.*33. *n.*87.

12 Ego tamen sub distinctione sic rem esse componendam judico, vel Dignitas quæ est erigenda, est omnino nova, quippe quæ aliàs non reperitur in Ecclesia; & tunc non potest creari sine licentia Papæ, quo casu intelligendi veniunt text. *in d. c.*1. 22. *dist.* & citati pro secunda negativa sententia ex Imola *in c. cùm accessissent, n.*4. *de constit.* vel fuit jam instituta communiter pro universa Ecclesia, quales sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & similes, & tunc non solum Episcopum, sed etiam Capitulum cum illius consensu hujusmodi dignitatem in aliqua Ecclesia creare posse, observat Imola *d. n.*4. adducens *d. cap.*1. 22. *dist. & cap. præcipimus,* 16. *q.*1. *& cap. sicut* 8. *de excessib. Prælat.* & respondet *ad d. cap. cùm olim,* per quod videtur quod in creatione novæ Dignitatis in Ecclesia requiritur auctoritas Papæ, ex eo procedere, quia ibi ad cautelam, non de necessitate fuit petita licentia à Papa, vel quod Episcopus volebat solus sine consensu Capituli inducere novam Dignitatem in Ecclesia: refert & sequitur Joan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum, prælud.*21. *dub. unico, à n.*13. ubi *n.*16. asserit consuetudinem inolevisse, ut Episcopi nedum in Collegiatis, & Parochialibus simplicibus etiam pagorum erigant Rectorias in Dignitates, verùm etiam in Cathedralibus: & Rota *in una Forolivien. Decanatus,* 4. *Jun.*1590. coram *Illustriss. Card. Mantica,* inter ejus decisiones impressas *decis.*114. *n.*3. *cum seqq.* censuit Capitulum sine consensu Episcopi in ipso actu interveniente non posse Dignitatem in Ecclesia constituere, clarè præsupponens hanc nostram sententiam, quam quidem expressè sequitur cum prædicta distinctione Gamb. *de officio, & potestate Legati de latere lib.* 5. *tit. de potestate Legati in erigendo nova beneficia, num.* 12. *&* 13.

13 Ecclesiam simplicem in Curatam, & Parochialem erigere ex causa posse Episcopum, notant Rebuff. *in praxi, tit. de erectione in curatam & Parochialem.* Azor. *d. cap.*29. *q.*25. *& d. c.*30 *q.*3. *&* 4. Nicol. Garcia *d. cap.*5. *n.*2. Verùm *Sacra Congreg.* censuit beneficia simplicia in Curata ab Ordinario converti non posse, ut referunt Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.*492. *in* 1. *edit. & resol.* 383. *num.* 6. *&* 7. *in* 2. *edit.* Nicol. Garcia *d. cap.*5. *num.*3. ubi hanc declarationem intelligit cessante causa, & necessitate. † Sic 14
etiam Ecclesia Curata in simplicem ab Episcopo reduci non potest. Mar. Anton. *var. lib.*1. *resol. ult. casu* 69. Curatum verò beneficium quando dicatur, ut in simplex converti non possit per Episcopum, tradit Aloys. Ricc. *d. praxi, decis.*2. *in* 1. *edit. & resol.* 618. *in* 2. *edit.*

15 Et demùm quod Episcopus sua Ordinaria auctoritate, vel alius quivis inferior à Papa nequeat erigere Parochialem Collegiatam, censuit *Sac. Congreg. Concil. in una Conversana*, 27. *Jun.* 1616. ut refert D. Lotter. *in tract. de re benef. lib.*1. *q.*14. *num.* 49. Et ideo audiendi non sunt qui existimarunt, Episcopum posse erigere Parochialem Ecclesiam in Collegiatam, per text. *in cap. quoniam, de vita, & honest. cleric.* ubi Abb. antiq. *num.*1. Joan. Andr. *num.*3. But. *num.*2. *ad fin.* Panorm. *num.* 2. *&* 6. Imol. *qui attestatur de communi, num.* 1. quos retulit & sequi visa est Rot. *in Regien. unionis*, 12. *Maij* 1625. coram *Reverendissimo Domino meo Coccino Decano.*

ALLEGATIO LXIX.

Episcopus an & quando, & quorum beneficiorum resignationes recipere possit.

SUMMARIUM.

1 *Resignatio beneficiorum libera & simplex coram Episcopo, vel alio Superiore Ordinario fieri potest.*

2 *Superior Ordinarius, coram quo fieri potest libera resignatio, debet esse Superior Ecclesiasticus habens spiritualia.*

3 *Ordinarij consensus in liberis resignationibus faciendis debet ab eo præstari unico contextu, cum fit resignatio.*

4 *Prælatus omnis jus habens conferendi, instituendi, & à beneficio quosque clericos amovendi, potestatem habet liberas beneficiorum resignationes admittendi.*

5 *Abbas quem Ecclesia in temporalibus recognoscit, non potest liberas beneficiorum resignationes admittere.*

6 *Coadjutor datus Episcopo dementi potest renunciationem liberam beneficij accipere.*

7 *Vicarius Episcopi an possit beneficiorum resignationes accipere, remissivè.*

8 *Capitulum Sede vacante potest liberas beneficiorum resignationes recipere, tribus concurrentibus.*

9 *Permutatio beneficiorum simpliciter fieri potest coram Episcopo, vel alio superiore Ordinario.*

10 *Beneficium in una diœcesi situm, si permutetur cum alio*

alio alterius diœcesis, requiritur in ea permutatione utriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas, & consensus.

11 *Permutari possunt beneficia coram Episcopo in quolibet loco.*

12 *Permutatio coram Ordinario facienda non requirit mentionem de obtentis.*

13 *Permutatio coram Ordinario simplex, non verò triangularis fieri debet.*

14 *Episcopus quando beneficia permutata sunt in æqualia, potest ex officio mandare, cessante pacto, quod recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem suo tempore duraturam.*

15 *Pensionem ex justa causa potest Episcopus reservare, & imponere.*

16 *Resignare, vel cum alio permutare potest quis coram Ordinario, quamvis nondum adeptus sit possessionem.*

17 *Jus in re acquiritur in beneficio per collationem acceptatam ante adeptam possessionem.*

18 *Resignari coram Ordinario potest beneficium, etiam ad favorem, litteris expeditis, non adepta tamen possessione.*

19 *Beneficium litigiosum, super quo pendet lis, non potest resignari vel permutari, nisi lis esset super privatione beneficiati.*

20 *Resignari, vel permutari coram Episcopo beneficia juris patronatus possunt accedente patronorum consensu.*

21 *Patronorum interest videre ne habeant Rectorem eis odiosum, & non acceptum.*

22 *Resignationes beneficiorum existentium in diœcesi, potest Episcopus etiam in Curia recipere, non tamen conferre.*

23 *Resignari coram Episcopis poterunt beneficia reservata, non tamen conferri.*

24 *Resignationes in mensibus, in quibus collatio spectat ad Cardinalem ratione indulti, potest recipere Episcopus, non tamen conferre.*

25 *Permutari coram Ordinariis possunt reservata beneficia, non tamen conferri.*

26 *Renunciatio beneficij facta in manibus potestatem non habentis, est nulla.*

27 *Resignatio beneficiorum coram Ordinariis facienda requirit causam, quæ præsumitur in Episcopo, si eam admittat.*

28 *Constitutio Pij V. super resignationibus coram Ordinariis faciendis refertur, & n.29. & 30.*

31 *Sene volente resignare debet Ordinarius suorum beneficiorum resignationes admittere, cùm hæc sit causa justa admittendi resignationem.*

32 *Senes qui dicantur, remittitur judicis arbitrio.*

33 *Infirmitas est causa justa resignandi beneficium coram Ordinario.*

34 *Valetudinarius quis dicatur, judicis arbitrio relinquitur.*

35 *Beneficiatus corpore impeditus habet justam causam resignandi beneficium coram Ordinario.*

36 *Beneficiatus corpore vitiatus habet justam causam resignandi coram Ordinario.*

37 *Crimini obnoxius Beneficiatus habet justam causam resignandi coram Ordinario.*

38 *Criminosi inquisitione pendente quando beneficia possint resignare, ostenditur.*

39 *Censuris Ecclesiasticis irretitus habet justam causam resignandi beneficium.*

40 *Beneficiatus, qui nequit, aut non debet Ecclesiæ, beneficio inservire, habet justam causam resignandi coram Ordinario.*

41 *Resignandi coram Ordinario causa justa est, si Beneficiatus unum aliud, aut plura obtinerit beneficia.*

42 *Resignandi coram Ordinario causa justa est, si contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promoveri.*

43 *Religionem ingredientes, aut matrimonium contrahentes, habent justam causam resignandi coram Ordinariis, dummodo re ipsa id exequantur.*

44 *Resignandi coram Ordinario justa causa est, si Beneficiatus nequeat, aut non audeat propter capitales inimicitias in loco beneficij securus residere.*

45 *Resignatio, vel permutatio an ex justa causa dicta præsumatur, ostenditur.*

46 *Renunciationes factæ absque justis causis sunt nullæ, Ordinarij vero illas admittentes nullam pœnam incurrunt.*

47 *Episcopi, coram quibus resignantur beneficia, debent observare, ut resignantes, si sint in Sacris constituti habeant aliunde unde vivere, & vitam commodè sustentare possint.*

48 *Episcopi admittentes liberas beneficiorum resignationes non debent illa suis conferre, quod an in Hispania servetur, dubitat Garcia.*

49 *Episcopi beneficia coram ipsis resignata, si consanguineis resignantium, aut suis conferant, quam pœnam incurrant, ostenditur.*

50 *Renuntians coram Ordinario ea intentione, vel spe concepta, quod Ordinarius conferat beneficium cui ipse velit, quando nihil est in conventione deductum, non peccat mortaliter, nec aliqua simoniæ labe maculatur.*

51 *Permutationis forma coram Ordinario facienda constituitur.*

52 *Resignantes duo sua beneficia ex causa permutationis, & facta collatione uni, si alter decedat post factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium à se dimissum.*

53 *Beneficium à compermutante resignatum, & alteri collatum, potest compermutante decedente ab altero retineri, etiamsi suum postea non resignet.*

54 *Permutatio beneficiorum an ob læsionem rescindi possit, remissivè.*

55 *Possessio omnis amissa dicitur pro renunciationem factam, & ab Episcopo admissam.*

56 *Resignans ad favorem coram Sanctissimo, non amittit possessionem, nisi postquam resignatario est perfectè quæsita.*

57 *Resignatario in possessionem beneficij justè & legitimè immisso datur manutentio.*

58 *Resignans dicitur possidere ante acquisitionem possessionis resignatarij.*

CORAM Episcopo, vel alio Superiore Ordinario libera, & simplex beneficiorum resignatio de Jure communi fieri potest, ut probant text. *in cap. admonet, de renunciat.* ibi, *absque assensu tuo intrare audeant, detinere, dimittere, aut te inconsulto*, &c. *& in cap.1. de rerum permutat. lib.6.* ibi, † *liberè, sine fraude in manibus tuis ipsa resignet, & in Clement. multorum, de pœnis.* Per quæ Jura ita docent Rebuff. *de pacificis possess. numer.*104. Fusch. *de visit. lib.2. cap.2. n.*19. *& c.*28. *n.*11. Azor. *instit. moral. p.2. cap.*29. *q.*4. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel. glossa* 14. *à n.* 21. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.2. cap.*3. *n.*66. Ugolin. *de potestate Episcopi. cap.*50. §.18. *in princ.* Flamin. *de resignat. lib.*7. *q.*14. *n.*1. novissimè Marcel. Vulpe *in praxi judic. fori Eccl. c.*48. *à num.* 34. † qui quidem consensus præstari debet à Superiore Ordinario unico contextu, cùm fit resignatio, itaut à tergo litterarum præstari non possit, ex Flamin. *lib.*8. *q.*9. *à num.*127.

Intellige de Superiore Ecclesiastico habente spiritualia, Fusch. *d. c.*28. *n.*12. Ruffin. *d. tract. de benef. c.*14. *n.*41. Flamin. *d. q.*15. *n.*18. Cok. *de jurisd. Ordinar. in exemptos, p.*4. *q.*68. *in princ.* † Et de omni alio Prælato, qui

qui jus habet conferendi, instituendi, & à beneficio quosque clericos amovendi; cujusmodi sunt Abbates, & alij Prælati Episcopis inferiores, qui Episcopalem jurisdictionem consuetudine, vel privilegio habent, & nulli sunt Episcopo proximè subjecti. Panorm. *in in cap. quæsitum, n.4. de rer. permutat.* Flamin. *d.q.*14. *à n.*19. *& q.*15. Azor. *d.q.*4. Cochier. *de jurisd. Ordinarij in exemptos, p.*4. *q* 67. *& q.*68. cum Flamin. *d.*
5 *q.*15. *n.*18. resolvit, quod † si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus verò Episcopum, coram Episcopo erit resignatio expedienda. Sic
6 etiam † coadjutor datus Episcopo dementi, cum in spiritualibus & temporalibus generalem & liberam potestatem habeat, poterit renunciationem beneficij accipere, Flamin. *d. lib.*7. *q.*20. *à n.*25. ubi *à n.*23. resolvit, quod si coadjutor datur infirmo, vel seni, tunc cum consensu ipsius Episcopi resignationes valet recipere. Hinc Cardinales possunt recipere resignationes beneficiorum existentium in suo titulo, quia possunt conferre illa beneficia, & destituere Beneficiatos. Ita Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*7. *q.*12. *n.*8. *cum seqq.* novissimè Diana *moral. resol. p.*5. *tract.*2. *de potestate, & privil. S. R. E. Card. resol.* 14.

7 De Vicario verò Episcopi an possit beneficiorum resignationes recipere, si non habeat mandatum speciale, dixi suprà *alleg.*54. *à num.*66. & citatis novissimè addo Castro Palao *d. tract.*13. *disp.*6. *punct.*2. §.2. *n.*3.

8 Item Capitulum Sede vacante potest beneficiorum resignationes recipere, tribus videlicet concurrentibus. *Primò* quando fieret ex causa necessaria, non autem liberè, & simpliciter. *Secundò* quando collatio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet. *Tertiò* quando talis resignatio, & collatio fiunt ante provisionem factam de Prælato in Consistorio, etiam antequam possessionem capiat. Ita Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, q.*9. *propè finem, vers. quartò limita.* Flamin. *d. lib.*7. *q.*23. Nicol. Garcia *de benef. p.*11. *cap.*3. *n.*256. *& cap.*14. *à num.*75. Filliuc. *tract.*41. *de benefic. cap.*2. *n.* 45. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.*243. Bellacomb. *tom.*1. *commun. opin. lib.*1. *tit.*1. *num.*11. Unde si beneficiorum permutandorum collatio pertineat ad Episcopum & Capitulum simul & conjunctim, Sede vacante solum Capitulum permutationes admittere poterit, quasi jure quodam accrescendi; secus verò quando soli competit Episcopo beneficiorum permutandorum collatio: ita Boët. Epo *de saturn. permut. benefic. jure ad Clement. unic. de rerum permutat. num.* 303. Illud demum observandum est, quod resignatio beneficij non valet, nec ex illa inducitur ipsius beneficij vacatio, si fiat in manibus ejus, qui non habet potestatem recipiendi. Mantic. *decis.* 260. *num.*8. *&* 9. & infrà *num.*26.

9 *Primò* amplia, ut non solùm coram Episcopo, & aliis jurisdictionem Episcopalem habentibus, quamvis fortè dignitatem Episcopalem non habeant; possit beneficiorum resignatio fieri, sed etiam permutatio, simpliciter tamen, & absque pactis, ac conditionibus. Ita gloss. *verb. conferuntur, in Clem. unic. de rer. permut.* Steph. *de litteris gratiæ, in verb. resignationis modus, n.*7. Fusch. *de visit. lib.*2. *cap.*28. *n.*22. Quarant. *in sum. Bullarij, verb. beneficiorum permutationes*, Gonzal. *d. gloss.*14. *n.*57. Læl Zech. *de republ. Eccl. cap. de beneficiatis, n.*8. Zerol. *in praxi Episc. p.*1. *verb. permutatio,* §.3. *dub.*1. Azor. *d. cap.*29. *q.*16. Flores de Mena *var. q.*24. *n.*21. Garcia *d. cap.*4. *à n.*62. Suar. *tom.*1. *de Relig. lib.*4. *cap.*32. *n.*11. Valer. Reg. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *n.*261. Mar. Ant. *var. resol. lib.*1. *resol.*112. *casu* 39. novissimè Bonac. *var. tract.*1. *de simon. q.*4. §.12. *num.*7. *vers. alij verò*, quicquid dicat Fram. *lib.*5. *q.*6. *n.* 231. Boët. Epo sacrarum & humanarum litterarum eruditione clarus, *de saturn. permut. benef. jure, ad cap. cum olim, de rer. permut. n.*119. ubi quærit, si beneficiorum permutandorum collatio non pertineat ad Episcopum, sed ad alios quosdam Episcopo non inferiores, utrum ibi resignatio talis ex causa permutationis fieri debeat? Et respondet rationem permutationis beneficialis approbandæ cogere, ut Episcopum nihilominùs hac de re dicamus adeundum; quandoquidem cæteri collatores Episcopo minores hac approbandæ, vel reprobandæ permutationis auctoritate carent, *cap. quæsitum, de rerum permut.* nisi consuetudine, vel præscriptione sibi liceret, idem Boët. Epo *ad cap. unic. de rer. permut. in* 6. *num.* 225.

10 Quando beneficium in una diœcesi situm permutatur cum alio alterius diœcesis, requiritur in ea permutatione utriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas, & consensus, quia in permutatione duorum beneficiorum utrumque dimittitur, & utrumque confertur, ac proinde necesse est ut utrius Episcopi intercedat auctoritas. Ita Azor. *d. cap.*29. *q.*8. Et
11 † quamvis per permutationem beneficia vacare dicantur, *cap. unic. de rer. permut. in* 6. Gomez *in reg. de publicandis, q.*3. *n.* 3. tamen in quolibet mense anni possunt permutari beneficia coram Episcopis, & Episcopi possunt admittere resignationes in favorem ex causa permutationis, quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio resignato facere, Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*14. *n.*32. Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *cap.*1. *n.*543. Requiritur in permutatione beneficiorum consensus Episcopi, ut penitùs tollatur ambitionis præsumptio, & pura partium nundinatio, quæ non potest non esse periculosissima conscientiis, propter præsentissimum simoniæ metum: at interveniente Episcopi consensu beneficia jure collationis, & institutionis Canonicæ possidentur, quia partes permutantes prius beneficia sua resignare tenentur in Ordinarij manus, & deinceps fit compermutantibus eorundem beneficiorum collatio cum institutione Canonica hinc inde, & cessat ideo simonia, cessante nimirum privatæ nundinationis temeritate; nec enim qui sic permutant, dicendi sunt habere beneficia hæc ex permutatione, sed ex institutione Canonica, quantumlibet permutatio fuerit causa sine qua non fuisset ventum ad hanc institutionem. Ita Boët. Epo *de saturnino permut. benef. jure, ad cap. cùm olim, de rerum permutat. num.* 75.

12 Et in hac permutatione coram Ordinario facienda non est opus facere mentionem de obtentis, sicut nec in alia provisione ab eo facta, *Clem.*2. *de offic. Ordin.* Menoch. *de arbitr. casu* 201. *num.*150. post Rot. Corras. & alios Nicol. Garc. *d. cap.*4. *n.*99. Ut autem permutatio beneficiorum Ecclesiasticorum valida sit, & legitimè ac canonicè fiat, quæ requirantur? Vide Marcel. Vulpe *in d. praxi, cap.*48. *à n.*58. Boët. Epo *de saturn. permut. benef. jure, in Clem. de rerum permut. num.* 294. ubi reddit rationem, quia non simpliciter, nec ex mera gratia confertur beneficium vacans ex resignatione propter permutationem facta, sed beneficium unum in locum alterius beneficij succedit, non pro singulari lucro, vel ex causa lucrativa, neque pro nova locupletatione, sed pro justa pensatione proprij beneficij pro beneficio alieno resignati, itaut nihil novi videatur acquisitum.

13 Beneficia cum aliis beneficiis ita sunt permutanda, ut nec cum spiritualibus aliis rebus inter sese permutari valeant, nec etiam cum pensione, quantumvis tituli vice fungatur, & affinitatem habeat cum beneficiis; quia pensiones defuncto pensionario mox redeunt ad sua beneficia unde delibabantur, tanquam ad suam naturam, & cum eis coalescunt & absorbentur, & intercidunt; ideóque nihil invenirent viri divitiarum suis in manibus, qui beneficia sua cum talibus pensionibus permutassent: ita Boët. Epo *ad d. Clem. unic. n.*261. ubi deinde *n.*292. *pag.*154. hinc non inferri ait, quasi beneficia quoque permutanda necessariò prorsus esse debeant ejusdem generis, vel qualitatis, possunt

sunt enim beneficia simplicia permutari cum dignitatibus & Curatis, & vice versa, dummodò capacitas personarum non desit.

13 Advertendum maximè est, quod permutatio hæc simplex fieri debet, non verò triangularis, vel quadrangularis; veluti, si ego resigno unum beneficium in favorem Ioannis, ut ipse Ioannes resignet suum beneficium, non in favorem mei, sed in favorem alterius, quia esset simoniaca talis permutatio triangularis, Navar. *cons.* 43. *sub tit. de simonia, num.* 3. *in fine, in nova edit.* post Caputaq. Imol. & alios, ita tenent Gonzal. *d. gloss.* 14. *n* 58. Coch. *de permutat. benef. par.* 2. *c.* 25. Molfes. *in sum. tract.* 6. *cap.* 13. *num.* 33. Less. *de justit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 14 *num.* 48. novissimè Bonacin. *var. tract.* 1. *de simon. quæst* 4. §. 14. *num.* 4. *vers. idem ibid. num.* 13. *in fin.* ubi, *num.* 4. *vers. idem.* Optimè Boër. Epo *de saturn. permut. benef. jure, ad Clem. unic. de rer. permut. num.* 333. *cum seqq.* ubi de triangulo non

14 mathematico, sed beneficiorum permutatario, † poterit tamen Episcopus quando beneficia permutata sunt inæqualia, ex officio mandare (cessante pacto) quod recipiens beneficium pinguius, solvat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad coæquandos fructus utriusque beneficii permutati, Anchar. *cons.* 279. incip. *Quæstio proponitur*, Navarr. *dict. cons.* 43. *n.* 4.

15 Gonzal. *d. gloss.* 14. *n.* 38. † Nam licèt regulariter, & sine causa nequeat Episcopus pensionem reservare, & imponere, ex justa tamen causa, utpote pro bono pacis, vel studio alicujus scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiæ, vel ex alia rationabili causa, potest illam reservare, & imponere. Rebuff. *de privilegiis scholar. privileg.* 42. Navar. *cons.* 15. *n.* 13. *de rebus Ecclesiæ, & consil.* 4. *num.* 2. *de simonia, in novis*, Gambar. *de Legato lib.* 6 *à numero* 392. & fuit resolutum *in una Militen Canonicatus sexta Martii* 1596. coram *Illustrissimo Domino meo D. Cardinale Millino, & in altera Algarbien. Canonicatus, nona Iunii* 1579. coram *Card. Lancellotto sen.* quæ est in impressis *decis.* 519. *sub num.* 3. *p.* 1. *divers.* de quo vide resoluta infrà *alleg.* 85. *post num.* 11. Vide latiùs infrà *alleg.* 85. *num.* 3. *&* 11. *cum seqq.*

16 *Secundò* amplia etiamsi nondum adepta sit possessio, nam habens jus in re, non tamen adeptam possessionem (quia per collationem acceptatam ante adeptam possessionem jus in re beneficio acquiritur, *cap. si tibi absenti, de præbend. lib.* 6. Flamin. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 2. *& lib.* 10. *q.* 6. *num.* 2. *& q.* 8. *numero* 5. Molina *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 2. *vers. dixi superiùs.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 15. §. 1. *n.* 15. *&* 33. Rota *in una Vercell. Canonicatus* 11. *Decembr.* 1603. coram *Reverendissimo D. meo Coccino*, apud Farinac.

17 *p.* 2. *tom.* 1. *dec.* 498.) potest beneficium coram Ordinario resignare, vel cum alio permutare, Franc. *c.* 1. *n.* 16. & *ibi* Gambar. *n.* 86. *de rerum permut. in* 6. Prob. *ad Monach. in cap. licèt Episcopus, n.* 6. *de præbendis in* 6. Corras. *de benef. c.* 9. *n.* 1. Navarr. *cons.* 4. *n.* 2. *sub tit. de simonia in novis*, Cardin. Mantica *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 23. *tit.* 9. *n.* 2. *&* 9. Nicol. Garc. *d c.* 4.

18 *n.* 15. † Etiam ante apprehensam possessionem, litteris tamen expeditis, Anton. de Burg. *in c. cæterum, n.* 151. *de rescriptis*, Gemin. *cons.* 127. *in fine*, Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 17. *cap.* 17. *n.* 16. Flamin. *lib.* 2. *q.* 26. † Et

19 licèt beneficium litigiosum, super quo pendet lis, non possit resignari, vel permutari, Lancell. *de attent. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 254. Put. *decis.* 354. *lib.* 3. Flamin. *lib.* 2. *quæst.* 3. *à num.* 1. Azor. *dict. cap.* 29. *q.* 5. Nec ab Episcopo inferri, Seraphin. *Rotæ Romanæ decis.* 945. hoc non procedit quoties lis esset super privatione Beneficiati: nam hoc casu hujusmodi lis non facit beneficium litigiosum, ut fuit resolutum *in Hispal. attentatorum*, coram *Domino Aquensi*, 16. *Novembris* 1553. & referunt Put. *dec.* 66. *lib.* 2. Flamin. *d. q.* 3. *n.* 56. ubi *n.* 57. declarat, nisi lis esset super privatione, & ut adjudicetur alicui beneficium, quia hoc casu dicitur litigiosum, & per consequens resignari non poterit.

Tertiò amplia, ut etiam beneficia Iurispatronatus 20
possint resignari coram Episcopo, accedente tamen patronorum consensu, Put. *decis.* 412. *num.* 2. *lib.* 1. Flamin. *lib.* 7. *q.* 14. *num.* 8. Sic etiam eodem patronorum consensu accedente, possunt permutari, *cap. decernimus* 6. *quæst.* 7. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 18. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 109. *num.* 32. Covar. *pract. cap.* 36. *n.* 9. Stephan. Quarant. *in summa Bullarii, verb. beneficiorum permutationes, in addit.* Vgolin. *d. c.* 50. §. 19. *n.* 4. Azor. *d. c.* 29. *quæs.* 6. Boër. Epo *ad d. cap. cùm olim, de rerum permut. n.* 110. ubi resolvit permutationem, collationemque absque patroni consensu factam ipso jure valere, sed collatoribus, vel patronis eam non ferentibus revocandam, rescindendámve, vel, ut nostri loquuntur, annullandam, *cap. quod sicut* 28. *de elect. cap. cùm in Ecclesiis* 33. *de præbend. in* 6. & respondet textum *in cap. decernimus* 16. *quæst.* 17. de permutatione non agere, sed de ultronea Episcopi collatione beneficii non permutati, sed simpliciter vacantis, ubi patroni nominatio, sine præsentatio jam locum invenerat: plus itaque permittitur Episcopo in beneficiis permutatis, utpote non simpliciter vacantibus, quàm in beneficiis simpliciter vacantibus, ubi collatoribus, & patronis acquisitum est jam jus. Requiritur enim in permutatione cósensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet, quia ipsorum interest, quamvis Episcopus totum debeat expedire, gloss. *verb. collationem in d. c.* 1. gloss. etiam *in dicta Clem.* 1. & multi quos refert,
& sequitur Nicol. Garc. *d. c.* 4. *n.* 72. nam † patronorum interest, ut videant ne habeant Rectorem eis 21
odiosum, & non acceptum; unde cùm de eorum præjudicio tractetur, sequitur illos necessariò esse vocandos, eorumque consensum requiri, per reg. *quod omnes tangit, de regul. Iuris, in sextò*, nisi ipsi patroni fuerint peremptoriè vocati, dato eis termino ad comparendum cum expressione causæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradicendum permutationi, quia tunc sequuta Ordinarii institutione, amplius non audientur, nec poterunt se opponere etiam infra residuum temporis dati ad præsentandum: si verò comparuerint declarando se permutationi nolle consentire, & velle alium præsentare, tunc licèt non præsentaverint infra tempus præfixum in edicto per Episcopum apposito, poterunt nihilominus uti beneficio temporis legalis usque ad finem quadrimestris. Ita Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam d. verb. beneficiorum permutatio, in princip.*

Quartò amplia, ut Episcopus possit recipere resi- 22
gnationes beneficiorum existentium in sua diœcesi, etiam in Curia, non tamen conferre, quia tunc beneficia dicuntur vacare in Curia per resignationem, & eo casu collatio palam ad Summum Pontificem spectat, *c.* 2. *de præbend. in* 6. Et hanc ampliat. tenent Covarr. *lib.* 3. *var. c.* 10. *sub n.* 8. Flamin. *lib.* 7. *q.* 14. *n.* 23. Prosper de August. *d. verb. beneficiorum resignationes, prope fin. vers. An autem Ordinarii*, me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *c.* 9. *n.* 25. Massobr. *in praxi habendi concursum, requis.* 7. *dub.* 39. *n.* 21. qui tamen adhibent hanc cautelam in conferendo, ut exeant ab Vrbe, ad hoc ut dicantur esse in aliena diœcesi, & fuit resolutum in Rota, ut per Puteum *decis.* 167. *lib.* 1. & advertit Massobr. *d. requis.* 7. *dub.* 44.

Quintò amplia, ut beneficia reservata possint resig- 23
nari coram Episcopis, qui poterunt resignationes dictorum beneficiorum recipere, non autem illa conferre, Flamin. *d. quæst.* 14. *n.* 6. me citato *in hoc loco*, Massobr. *in praxi habēdi concursum, requis.* 7. *dub.* 39. *n.* 22. non admissa distinctione Azor. *d. c.* 29. *q.* 10 Sic etiam
† quamvis Episcopus in manibus suis possit recipere 24
resignatio